









10

*Pr. 19. num. 1.*

DISSERTATIO JURIDICA,  
DE

1661, 3

EXECUTIONE REI  
JUDICATÆ,

*P. 481*

QUAM

*10*

DEO DUCE ET DIRIGENTE,  
SUB PRÆSIDIO

*VIRI Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi, ac Consultissimi,*

DN. JOHAN. OTTONIS  
TABORIS, JCTI


CELEBERRIMI SERENISSIMI PRINCI-  
PIS AC DOMINI, DN. GEORGII HASSIÆ LAND-  
GRAVII Consilarii Intimi ac Academiae Giessensis Cancellarii  
longèmeritissimi, & Professoris ejusdem Primarii, DN.  
Patroni ac Præceptoris omni venerationis  
cultu observandissimi.

*Publico Eruditorum Examini submittit*

Die VI. April.


JOHANN. PHILIPPUS SINOLT Cognomento *Schüßel*  
MARBURG. HASSUS.

*Auth. & Resp.*



GIESSÆ HASSORVM,

Typis JOSEPHI DIETERICI HAMPFELII,  
Acad. Typographi Ordinarii, 1661.





EXTRACTIO

INDICATIO

DE

RE

CA

US

DE

RE

CA

US

DE

RE

CA

US


DE

RE

CA







I. N. S. S. T. A.  
 DISSERTATIO JURIDICA,  
 DE  
 EXECUTIONE REI  
 JUDICATÆ.

THESIS I.



**L**icet tres à Doctori-  
 bus cōmuniter constituan-  
 tur partes iudicii, quarū prima incipi-  
 at à citatione & terminetur in litis cō-  
 testatione : Altera spectetur in his,  
 quæ fiunt post litis contestationem,  
 usque ad conclusionem ; Atque hinc

tertia comprehendat reliqua usque ad sententiam definiti-  
 tivam inclusive *arg. text. in auth. ad hac C. de Judic. Marant. in  
 spec. p. 6. num. 1. & seq. Sigism. Scacc. lib. 1. de Judic. cap. 4. n. 2.*

Vereor tamen, ne quivis vitium hujus distributionis faci-  
 limè

A

limè



limè animadvertat, nisi largius accipiatur, (quod de cœ-  
 tero in legibus fieri non diffitendum) vocabulum iudicii,  
 pro universo scilicet actu, quo de re controversa discepta-  
 tur, quomodocunque tam in Jure, quam in iudicio. Et  
 hæctenus citationem quoque iudicii partem esse facile  
 concedi poterit; Nam & iudicii constitutionem concers-  
 nit, & ad id se habet instar antecedentis necessarii, ceu ita  
 in iudicium vocari dicitur is, qui vocatur in Jus l. 1. §. 3. l.  
 28. in pr. ff. de administr. tutor. l. 2. ff. qui satisd. cog. Quæ tamen  
 vocatio, quod in iudicio propriè accepto non fiat, sed in  
 jure, quæ olim plurimū differebant. Vid. Vult. lib. 2. de Iudic.  
 c. 1. n. 6. ex eo patet, quia prior erat litis cōtestatione à qua  
 tamen iudiciū verè & realiter incipit per l. 15. ff. Rem. rat. hab.  
 ceu tandem citati Dd. fatentur. Jam vero litis contesta-  
 tionem citatione posteriorem esse & naturâ & tempore  
 extra controversiam est. Add. Vultej. lib. 2. de Iudic. cap. 1. n. 1.  
 §. 6. 7. 8. cap. 2. num. 9. Atque frustra objicitur 1. Quod per  
 citationem inducatur litis præventio per l. fin. §. 2. C. de in-  
 Jus voc. c. penult. X. de for. compet. Wesenbec. in π. de in jus voc.  
 num. 13. Et ad eum Dn. Hahn. ibidem Gail. 1. obs. pr. 74. num. 18.  
 Fr. Mindax. de Proc. mandat. lib. 3. cap. 5. num. 2. Vultej. d. lib. 2.  
 cap. 2. in fin. 2. Quod citatio perpetuet jurisdictionem  
 delegati per c. 20. X. de offic. deleg. Clem. 2. ut lit. pend. l. 6. ff. de  
 jurisd. Vid. alleg. Dd. cit. loc. 3. Quod citatio ad inducendum  
 vitium litigiosi sufficiat. text. in Auth. litigiosa C. de litig. Gail.  
 Frid. Mand. cit. loc. 4. Quod inducat litis pendentiam ut  
 nihil innovetur, Clem. 2. ut lit. pend. nih. Gail. Frid. Mind. Vultej.  
 alleg. loc. 5. Denique quod interrumpat omnem præscri-  
 ptionem non modo longissimi temporis l. 4. in fin. l. 6. l. 7.

C. de



*C. de prescript. 30. vel 40. annor. Sed & 10. & 20. annorum l. 1. l. 2. C. de prescript. long. tempor. & triennii leg. 2. C. de annal. except. l. 25. §. 7. ff. de heredit. petit. confer. Wesenbec. in π. de usucap. num. 15. Hahn. in observ. ad tit. de in jus voc. num. 13. pag. 199. Frid. Mindan. sepius alleg loc. Præterquam tamen quod de hisce & similibus Doctores inter se non conveniant, uti videre est apud Authores, quos modo allegavimus. Responderi poterit, ad hæc & similia : Et si quoad merita causæ & processum ordinarium per litis contestationem acceptum dicatur iudicium, quod tamen casus aliqui sint, in quibus non expectata litis contestatione per solam citationem decretam & executam litis pendentia inducta videatur, uti ex casibus jam enumeratis & per jura allegata confirmatis sufficientissimè patet *Vid. Frid. Mindan. cit. loc. Zæf. in comm. ad ff. lib. 5. tit. 1. num. 86.* Vel quod quidem casus adducti effectus sint citationis, ita tamen ut per litis contestationem perfectionem consequantur summam, utpote per quam demum res in iudicium deducitur & cognitioni iudicis subicitur *l. unic. C. de lit. contestat. paulo tamen aliter Vinn. lib. 1. quest. jurid. cap. 5.**

T H E S. II.

Cur vero executio quæ sententiam sequi solet, & quam tot elogiis Dd. passim commendant, & quæ *Frid. Mindan. de Proc. mandat lib. 2 cap. 8 num. 1. & 2.* Summatim recenset, inquit : *Est executio finis, scopus & effectus judiciorum, quem si non assequuntur iudicia, quid aliud sunt, quàm inania, frivola, ludicra exercitia, & inepta omni quælibet ab omni juris fundamento alienissima : Nam ubi executio silet, ibi & juris præcepta generalia silent, que sunt honeste vivere,*

A 2 alterum



alterum non ledere, suum cuiq; tribuere. §. penult. Inst. de just. & jur. & sententia si veres judicata sine executione idem esse videtur, quod lyra sine cordâ, ignis sine flamma & calore. Executio justitia & aequitatis pedissequa & ministra inseparabilis necessitatem parendi damnatis imponens. Planè uti & statuta illa frivola, quæ executione carent, juxta vulgatum. *Statuiren vnd nicht exequiren / heist nur die Statt Vexiren.* Et Consilia uti inquit Guicciard. sono inutili consigli diligenti & prudenti, quando l' effecutione procede con negligentia & imprudentia lib. 4. histor. Et quæ similia extant apud Coler. de Process. Execut. in præfat. num. 1. 2. & seqq. Klock. Vol. 2. Consil. 99. num. 7. 8. & 10. Rittershus. in exposit. Novell. part. 2. cap. 1. num. 9. Gail. lib. 2. de Pac. publ. cap. 17. num. 1. Cur inquam hæc à tela judiciaria planè excludatur, illius vero pars habeatur citatio, ratio satis evidens non occurrit. Et enim illa semper opus non fit, nempe quando Reus bonam fidem agnoscit, quando actor litem deserit, quando Reus triumphat sententia reportata absolutoria, & qui sunt similes casus. Attamen si executio consideratur, quatenus necessaria, & ut se habet in ordine ad sententiam, ad iudicium in lato seu vulgari sensu acceptum referri posse ac debere rectius statuitur per l. 8. C. de Appellat. Nov. 125. cap. 1. Non officientibus iis, quæ in contrarium adducit Vmm. ad process. disp. ult. th. 1. num. 2. utpote quæ strictiori iudicii significationi unicè insistant. Confer. pro hac nostra sententia Steph. Gratian. discept. forens. 66. num. 18. & seqq. Colleg. jur. Argentorat. lib. 42. tit. 1. n. 90.

T H E S. III.

Fecit sanè hujus argumenti utilitas, ut illud hisce pagellis latius proponere & de eo proposita publica  
venti-



ventilationem quæ mihi nunc subeunda est, committere  
 mecum statuerim. Quæ de cætero circa verba seu no-  
 mina cura esse solet, ut Etymologia, homonymia, paro-  
 nymia &c. exactè deducantur, hic supervacaneam  
 existimo, postquam quæcunq̃ue, quæ sic proferri pos-  
 sent, per se satis pateant, explicetq̃ue post alios *Vmm. d.*  
*loc.* Est sane *Executionis* vocabulum ex eorum genere,  
 quæ varia rite significant, supplentq̃ue penuriam, quâ  
 laboramus, ut plures nobis res sunt, quam vocabula, de  
 quo *Jetus in l. 4. ff. de præscript. verb.* Pertinet ad conven-  
 tiones sive publicas, & ad hæc magis; sive privatas.  
 Pertinet ad ultimas voluntates; Pertinet ad judicia,  
 eaque tam criminalia quam civilia. In ultimo autem  
 sensu, hic nos usurpare ex antedictis liquet, & quidem  
 præprimis quoad judicia civilia eaque ordinaria. Quæ  
*Germanis* dicitur *die Hülff* / quod sit extremum auxilium,  
 quo consulitur victori, ne deinceps cogatur diutius in  
 iudicio contendere. Aliis *manus injectio* *Vid. Gilhaus, in*  
*arbor. judic. c. 9. §. 1.*

T H E S. IV.

De hæc autem variis locis in legibus nostris statui-  
 tur. Et extat peculiaris titulus *in Codice Iustiniano lib. 7.*  
*tit. 53.* iusta cum antecedentibus cohærentiâ, quam ex-  
 plicat *Perezius in prælectione ibid.* Doctores qui de ea com-  
 mentati partim recenset, *Bechtold. in Syllog.* Ad rem ipsam  
 ut veniamus, placet præ aliis, quæ passim exhibentur,  
 ejus definitionibus, hæc : *Quod sit actus, quo jussu judicis,*  
*id quod per sententiam obtentum est, verè victori præstatur.*  
 Genus constituimus *actum*: Quam vocem latissime pa-  
 tere & sub se comprehendere omne quod vel verbis vel

A 3 regeri-





6  
regeritur. *text. est in l. 19. de V. S.* differentia specifica consistit in verbis : *Id quod per sententiam obtentum est*; Reliqua ex subsequentibus lucem capiunt.

T H E S. V.

Solet aliàs in genere dividi executio, quod sit *vel publica vel privata*; *Publica* dicitur, quando Judex post sententiam, quæ transivit in rem judicatam, vel post exhibitionem instrumenti executivi, requisitus pro executione mandat nunciis vel ministerialibus suis, ut victorem vel petitem in possessionem rerum debitoris immittant, quæ in vim judicati vel instrumenti executivi pignori capiantur. *Privata* quando videlicet & Creditor manum injicit in rem vel personam debitoris ex justâ aliquâ & legitimâ causâ, sistendo quasi & detinendo eas privata autoritate, quod regulariter prohibitum est, *per l. 1. §. 2. ff. de vi & vi armat. l. penult. ff. ad l. jul. de vi priv.* Nec hodie nisi in casibus à lege approbatis permittitur; *Confer. omnino Coler. de Proc. Execut. in præfat. num. 37. & seqq. Anton. Matthæi de judic. disput. 13. n. 10.* Deinde, quod *executio alia sit parabilis alia parata*: Ita Sigillum authenticum seu dominicum apud Gallos dicitur habere executionem tantum parabilem, sub Sigillo autem regio contracta obligatio executionem paratam, de qua divisione vide *Monarcium ad l. 40. ff. de minor.* ubi animadvertit hanc divisionem ex vitiosa lectione istius textus originem habere. Plane has species minus recte nostræ definitioni subjici, quilibet facilimè observare potest.

T H E S. VI.

Etsi verò lex causa executionis hujus dici possit, quæ



quæ in genere munit & armat iudicem clypeo iurisdictionis & in consequentiam etiam executionis faciendæ in res vel personam debitoris. Cum iurisdictione sine ea nullius sit momenti *l. 2. §. 13. ff. de orig. jur. l. ult. ff. de offic. eius cui mandat. est iurisd.* Præsertim iis in casibus, quibus contra regulam, quod ab executione non sit inchoandum *l. 1. C. de execut. Rei judic. l. 9. C. de obligat. & Action. l. unic. C. de prohibit. pecun. sequestr.* executionem statim imperat, inter quos etiam res iudicata, *Colleg. Publ. de Stat. Rei Rom. vol. 2. disp. 6. th. 29.* Propinquam tamen constituo in Imperio, quod *mixtum* vocatur. Proximam in *iussio iudicis.*

T H E S. VII.

Et verò executionem rei iudicatæ in causis civilibus, mixti Imperii esse *text. in l. ult. ff. de offic. eius cui iurisd.* Hincque notanter Scipio Gentilis de *iurisdictione lib. 1. cap. 3.* ita scribit. *Si res consideramus & materiam circa quam, iurisdictione & Imperium mixtum non differunt, quæcumque enim iurisdictionis sunt, eadem & mixti Imperii causa sunt.* Et postea, quod si non res circa quas versantur, sed vim ipsam atque naturam iurisdictionis & Imperii mixti spectemus, iurisdictionem esse dicemus jus cognoscendi & statuendi de causis civilibus; Mixtum verò Imperium, potestatem, quæ iurisdictioni coheret, ejus tuenda atque exequenda gratia. Id quod etiam ex definitione mixti Imperii demonstrare in proclivi est, quando illud definimus: *Quod sit Imperium in modica consistens coercitione ad tuendam iurisdictionem per l. 1. §. ult. & l. ult. §. 1. ff. de offic. eius cui mandat.* Unde concludimus, quod omne id, quod in coercitione modica consistit, & ad tuendam iurisdictionem facit, uti executio Rei iudicatæ, sit mixti



Sit mixti Imperii, *Vid. Ruland. de Commissar. p. 1. lib. 3. cap. 9. num. 4. Vultej. lib. 3. de judic. cap. 12. num. 13. Bender. de Revis. concl. 4. num. 145. Vmm. disp. ult. ad process. judic. th. 1. num. 3. Dn. Nicol. in addit. ad process. Christoph. Frid. sub doct. de execut. sentent. Bocer. class. 6. disp. 36. th. 3. Emer. Rosbach. tit. 79. num. 5. process. judic. civil. Schneidewin. in Comment. ad Instit. tit. 17. lib. 4. §. ult. n. 17.*

T H E S. I I X.

Atque hinc prononunciat alveo, eum, qui jurisdictionem habet, posse quoque exequi suam sententiam, utpote cui adheret mixtum Imperium *l. 3. ff. de jurisdic. sive jurisdic. illa sit ordinaria seu propria, sive aliena seu mandata. l. 1. §. ult. ff. de eo qui mandat. est jurisd.* Ita Camera in Imperio, suas exequitur sententias. Ita jure feudorum Longobardico certis in causis Dominus feudi, ut & pares curiæ, cum jurisdictionem habeant, *l. F. 18. & 2. F. 46.* sententiam executioni mandare possunt *2. F. 22.* Ita tamen ut si feudi Dominus vel pares non sint ordinarius Judex, saltem sub periculo amissionis feudi, aut simili modo reo condemnato injungant partitionem, missionemve decernant, *l. F. 22.* Quod si autem reus parere recuset, realiter immittere non possunt in territorio alieno, ceu pluribus persequitur, *Rosenthal. de feud. cap. 12. concl. 20. num. 12. Vultej. lib. 2. Feud. cap. 2. & 3. num. 29. Anton. disput. feud. 14. thes. 1. lit. A. & disput. ult. thes. 8. lit. H.* Ita dux vel Tribuni militum, cum jurisdictione polleant, in suos etiam sententiam dictam exequi possunt, *l. 9. ff. de exhibit. & custod. Reor. l. officium §. 2. ff. de Re milit. Römischer Kaiserlicher Mayestät Reuter Bestallung de Anno 70. add. omnino Claud. Cotor. lib. 2. de jur. & privileg. milit. cap. 6.*

*Ayal.*



*Regal. de privil. & offic. bellic. cap. 8.* Ita Rectores universitatum seu Scholarum, cum jurisdictionem habeant, *Auth. Habita C. Ne fil. pro patr.* (cujus auctori demum verè debere jurisdictionem, quàm Academia hodiè pollent, probat *Excell. Dn. Conring. in Diss. 5. de Antiq. Academ.*) exequendi quoque facultatem habent. *Cothmann. in Respons. Academ. 4. per tot. Richter. in Exposit. Auth. Habita C. Ne fil. pro patr. p. 3. membr. 3. pag. m. 140.* E contra verò qui jurisdictionem non habet, regulariter etiam exequendi potestate destituitur: Ita Judex pedaneus, qui tantum notionem habet, exequi non potest, sed juxta *Vlpian. in l. 15. pr. de Re judic.* ejus sententiam ipse Magistratus, seu qui eum judicem dedit, exequi debet, *Vid. Bachov. in περ. pag. 393. Vmm. d. disp. ult. num. 3. Bocer. cl. 6. disp. 36. th. 4. Colleg. Argent. lib. 42. tit. 1. §. 91.* Quid ergò de municipiis: An & hæc sententiam à se latam exequi valeant? Ut ut enim Dd. hac in quæstione valdè controvertant: An Jure Civili talis potestas horum Magistratibus competierit: Nos tamen illos rectè sentire putamus, qui illis talem potestatem tribuunt, per *l. 29. §. 1. ff. ad L. Aquil. Vid. Dn. Hahn. in observat. ad Wesenb. p. 1. ad. tit. de jurisdic. num. 7.* Verum cum horum jura ac libertas, quæ præsens ævum in Germania videt longe pinguior sit. Ita ut statuta de iis, quæ ad conservationem municipii commoda ac æqua videntur, condere possint, dummodo non incommodetur, ac præjudicetur juri superiori. Hinc multo meliùs faciunt ii, qui secundum observantiam cujusque municipii de hac quæstione judicant ac tenorem privilegiorum observant. Præsertim cum quandoque jurisdictionem mixtumque Imperium habeant sibi que acquirant, vel ex contractu, vel ex præscriptione vel

B

ne vel



ne vel ex concessione singulari & gratiosa Principis. *Vid. Zahn. in Ignogr. c. 6. n. 7.*

T H E S. IX.

Verùm enim verò & illud inficias ire nolo ; argumentum à jurisdictione ad executionem, vires suas toties amittere, quoties vel singulari pacto aut consuetudine aliud receptum ; Et ita constat in quibusdam locis executionem aliquibus competere, qui tamen jurisdictionem in iis non habent. Sic civitas Erphordensis teste *Gylmanno Tom. 1. p. 1. de Reconu. vol. 1. num. 67. & 132.* habet executionem sententiarum ab Archiepiscopi iudicibus latorum. Sic Camera Imperialis merum Imperium in personas Camerales delinquentes exercet, quoad cognitionem & sententiam, Civitas verò Spirensis sententiam latam exequitur. Idemque obtinet in Comitatu Veldentiæ, ubi Celsissimi Comites Palatini apprehensionem, incarcerationem, torturam & condemnationem habent, Archiepiscopus verò Trivirensis executionem, *Kripschild. de jur. & privil. Civit. Imperial. lib. 2. cap. 6. num. 35. & seqq.* Sic in civitate Fridbergensi juris & justitiæ administratio in cognoscendo & iudicando tam in criminalibus quam civilibus causis ad Consules & Senatum unice spectat, Burggravius verò in vim adjuvandæ executionis pro iudice superiore, vor einen Ober Richter adhibetur Author. *Des gründlichen Berichts des Heiligen Reichs Statt Friedberg standt / punct. 4. num. 154. & seqq.* Quibus tamen exinde nec superioritas, nec jurisdictio attribui potest : Quippe quod teneantur hoc exequi, quod pronunciatum, quod sic propter necessitatem exequendi munere iudicandi  
longè



longè inferius est. *Add. post. jam allegatos Authores Klock. Tom. 1. Consil. 27. num. 113.* Undè & rectius eos sentire putamus, qui Legatis coercendæ suorum perfidiæ sive contumaciæ aut alterius quoque delicti potestatem ex pacto aut amicabili consuetudine faciunt, quam illos, qui ex jurisdictione, aut quod illi inservit Imperio mixto attribuent. Cum utrumque non habeant aut habere possint, nisi ab illo, qui eos mittit. Cujus tamen jurisdictione extra territorium suum sese non extendit. *l. ult. ff. de jurisdic. Vid. Carol. Paschal. de Legat. cap. 76.* ubi hanc rem ex sanioris prudentiæ principiis more suo accuratè terseque explicat.

## T H E S. X.

Quid autem de Delegato iudice, de quo tot fluctus ceteri Doctores in hac re passim videmus? Discordiæ causa alia non est, quam quod illum variè transformârint, & nihilominus locos juris promiscuè & sine delectu ei adaptarint, prout observarunt. *Bachov. in πρωτ. Fransk. ad Pand. de jurisdic. Sutholt. in disser. de jurisdic. & ante hos Pauermeister. de jurisdic. lib. 1. cap. 12.* Sanè si delegatum dicamus, cui mandata est jurisdictione, quin huic quoque jus exequendi sententiam à se latam competat nullum dubium *per l. 12. §. 1. ff. de judic. l. 1. §. ult. ff. de eo cui mandat. & c. Confer. Colleg. Argent. lib. 42. tit. 1. §. 91. Bocser. cit. disp. 36. th. 5.* Si verò delegatum dixeris, cui saltem cognitio vel iudicatio demandata, eum exequi non posse verius est. *per text. supra citatos,* est enim talis delegatus nihil aliud, quam Judex pedaneus; ut proinde tota hæc res tutius ex ipsa delegationis formula decidatur. *Pauermeister. cit. tr. lib. 1. c. 29.*

Comminiscitur attamen differentiam Juris Canonici &  
 B 2 civilis



civilis in hac re Molin. *de justit. & jur. Tom. 5. disp. 26.* Nempe ut de Jure Canonico fas sit delegato ab inferiore à Principe sententiam exequi, non verò de Jure Civili: Rationem diversitatis assignat hanc: Quod de Jure Canonico mixtum & merum Imperium delegari possint. Non verò de Jure Civili. Ast sicuti hæc ipsa quoque ratio nullo nititur fundamento, ita & eam, quæ desuper destruitur, collabi necesse est. Nam & Imperium mixtum de Jure Civili delegari posse, & de Jure Canonico non magis Imperium merum, quam Jure Civili mandari seu delegari posse, omninò rectius asseritur; Vide quos pro hac sententia citat & sequitur *Dn. Struv. in Syntagm. Jurispr. Vol. 1. ad tit. ff. de jurisd. num. 80.*

## T H E S. XI.

Planè de delegato Principis ac Pontificis Dd. conveniunt, gaudere hosce potestate exequendi sententiam. Et ratio quoad summi Principis delegatum non una reddi poterit. Habet enim jurisdictionem *l. 5. C. de judic. facit* que, quod Princeps causam plenè delegare voluisse præsumatur; Et quod qui judicis dandi (uti delegatus hic *per l. 5. C. de judic.*) idem jus exequendi habere videatur *l. 15. in pr. ff. de Re judic.* Et quod si ab ordinario executionem fieri voluisset, causam alteri non delegasset, *Confer. Cardin. Tusch. Vol. 2. Pract. Conclus. 148. Hillig. lib. 27. Donell. Enucl. cap. 3. lit. G. Gail. l. 1. obs. 1. num. 53. & 97. num. 8.* Ubi iste nos docet, quod delegatus Principis in causa sibi commissâ major sit quolibet ordinario, *per text. in C. Pastoralis §. præterea X. de offic. judic. ordin.* jam verò ordinarios sententiâ exequi posse notum. *Christin. vol. 4. Decis. Belgic. 101. n. ult.*

Quâ



Qui ita in supremo Senatu Meichliniensi 10. Octobr. 1603. judicatum fuisse testatur add. Ruland. de Commissar. p. 1. lib. 3. cap. 9. num. 9. Bocer. d. cl. 6. disp. 36. th. 4. Zæf. ad ff. tit. de Re judic. num. 145. Andr. Vallens. in xxx. ad tit. de offic. judic. deleg. §. 4. num. 7. Vmm. d. disp. ult. num. 3. Qui tamen notat, ut & Cardin. Tusch. cit. loc. Huic delegato intra annum saltem jus exequendi esse, deinceps planè exspirare per c. quarenti X. de offic. judic. delegat. Sanè quod delegatum summi Pontificis attinet, nos quæ in hac re ei attribuuntur, facto imputamus non juri : Cum Pontificem ipsum judicandi potestatem, quam sibi in causis civilibus sumit, nullo jure usurpare, persuasi simus.

### T H E S. XII.

Idem de Delegato ad universitatem causarum asserit Andr. Vallens in xxx. ad Decret. de offic. & potest. Judic. deleg. Scilicet quod quando universitas causarum deman data fuit, tunc Jurisdictio quoque commissa intelligatur, & sic simul Imperium executivum add. Pauermeister d. c. 29. Quanquam hic quoque ad delegationis tenorem sedulo respiciendum esse putarim.

### T H E S. XIII.

Non aliud quoque verius principium, ex quo de Arbitrorum potestate in exequendo Sententias à se latas, rectius statuere liceat, quod si enim sermo de arbitris quos vocant juris, qui nempe ex necessitate juris seu statuti eliguntur ; Cum hi jurisdictionem habeant l. fin. C. de judic. Pauermeister. de jurisd. lib. 1. cap. 12. num. 15. Sententiam ritè exequuntur Confer. Gratian. Discept. for. 66. num. 4. 12. & seqq. Mynsinger. 4. obs. 68. Si de aliis, qui non nisi ex conventio-



ne partium cognoscunt, rectè id negatur. Quandoquidem privatorum non sit jurisdictionem dare : Sed executio facienda erit per judicem ordinarium *Reil. 5. C. de Recept. arbitr. Cævall. Comm. opin. 632. in fin. Peretz. in prælect. ad Cod. de Recept. arbitr. num. 19.* Austregas sanè quod attinet, sententiarum ab illis latarum executionem ad Cameram tantum pertinere volunt, de superque executoriales, ut & executorialia mandata extrahi. *Gail. 1. obs. 1. num. 52. Mynsing. 4. obs. 93. Colleg. publ. de Stat. Rei Rom. vol. 2. disp. 6. th. 29. lit. A.* ut ut alias eos jurisdictionem habere nemo facile inficietur. Nam quod *Magnif. Dn. Reinking. de Regim. secul. & Eccles. lib. 2. cl. 2. cap. 16. num. 21.* nudam notionem habere dicit ex iis, quæ apud eum sequuntur interpretandum erit, & illud saltem controversum, num ordinaria seu propria an verò delegata ipsis tribuenda? Circa quod *Dd. dissentientium acies instructas videbis apud Rümelin. ad A. B. p. 2. diss. 1. th. 6. ibiq; Dn. Myler. in addit. Quanquam de cætero non dubitem per text. in tit. 8. §. vnd so. das p. 2. O. C. licere etiam hisce sententiam exequi. Confer. Colleg. Publ. d. Vol. 2. disp. 3. th. 15. lit. F. Lymn. de jur. Publ. lib. 9. tit. 5. num. 55. Schubh. de Austreg. c. 6. n. 204.*

#### T H E S. XIV.

Proximam executionis hujus causam constitui in jussu judicis. Siquidem nemo sententiam pro se latam exequi, ac bona judicati distrahere audeat *l. 6. §. 2. ff. de Re judic. l. 13. ff. quod met. caus.* Nisi cui id Magistratus permiserit, *l. 9. C. solut. Matrim. l. 11. ff. de acquir. possess. l. 176. §. 1. ff. de Reg. jur. Vultej. lib. 3. de judic. cap. 13. num. 29. Carpzov. lib. 1. Resp. Elector. tit. 1. Resp. 5. num. 10, Dn. Nicol. in addit. ad Proc. judic.*



*judic. Christoph. Frider. sub doct. de execut. sent. Colleg. Argentor. d. §. 91.* An autem in eo exemplum vindictæ privatæ authoritatis ponendum, prout facit, *Grack. in tr. de Author. priv. cl. 3. cap. 5. num. 35.* dubito: postquam quicquid sic fit, fiat mandato judicis, sicque autoritate publica. Cœterum ne quis per alienæ possessionis invasionem crimen violentiæ incurrat; Judex pro facienda executione omninò adiri debet, *d. l. 13. ff. quod met. caus. l. 15. de acquir. poss. l. 9. C. eod. l. 5. ad leg. jul. de vi publ. l. 13. C. de vi bonor. rapt. l. unic. C. Ne quis in sua caus. l. 17. ff. de judic. Confer. Coler. de Proc. execut. p. 2. cap. 1. num. 1. Sithman. cit. tr. lib. 42. tit. 1.* Hinc Legati Circuli Franconici ad Julium Episcopum Herbipolensem in causa Lövensteinensi: Executio rei judicatæ gebührt allein dem Richter / und mag kein defension genennet werden / wenisger seye / wann einer dem Richter mit Gewalt vorgreiffte / und neglecta semel electa via juris de facto, und mit Gewalt zugrieff; *Vid. deductio Lövensteinensis cap. 17. pag. 580. & passim, ubi de executione multa notabilia. Addatur Cravetta cons. 819.* Ubi de hoc ex professo pœnaque ejus, qui secus fecerit. Qui si illam facere aut planè detrectaverit aut malitiosè distulerit, cum damno partis victricis, ad interesse tenetur. *Carpzov. p. 1. jurispr. For. Saxon. const. 32. defn. 1. Richter. in Cent. Regul. 29. num. 7.* Ille verò, qui sententiam, cujus executio petitur, tulit, juxta vulgatum illud: Quod qui Judex cognitionis, etiam sit Judex executionis, *Vid. Vmm. d. disp. ult. thes. 1. Arnold. de Reyg. in thes. pr. jur. sub voc. executio in civilibus num. 5. Dn. Richter. cit. loc. num. 4. Bocer. cl. 6. disp. 36. th. 3. Zæs in max. ad lib. 42. tit. 1. n. 144.* Quod tamen quandoque fallit. Quod si enim Reus, nihil in territorio judicis, qui sententiam dixit, possideat, sed alibi;



alibi: hujus loci Judex ad eundem erit, actione rei judicatus, instituta vel judex prior implorandus, quo alterum requiratur, ut sententiam à se dictam exequatur; Velsi uterque unum eundemque Principem supremum habeat; Hic quoque pro mandanda executione implorari poterit *l. 15. §. 1. ff. de Rejudic. l. 13. §. Sin autem Reus C. de judic. Nov. 134. cap. 5. c. Romana §. contrahentes de foro compet. in 6to Confer. Colleg. Argent. d. §. 91. Dn. Richter. cit. loc. num. 5. Reyg. alleg. loc. num. 2. Rosbach. tit. 79. num. 7. & 8. Process. judic. civil. Et huc quoque refero casum, quod quando Judex inferior negligit exequi sententiam, tum verò ad implorationem partis victricis in Camera seu Judicio Aulico mandata executorialia soleant decerni, quibus sub poenâ præfato judici mandatur, ut sententiam exequatur; De requisitis eorum, præ cæteris videri potest, *Frider. Mindan. de Process. lib. 2. cap. 65.**

T H E S. XV.

Quæri autem hic poterit; Num judicium Imperiale Aulicum exequi possit sententiam à Camerâ latam? Decisionem mihi non arrogo. Licet constet aulicum Imperiale judicium, aliquando magna ex causa super uno eodemque facto, super quo mandata in Camera emanarunt, mandata simul decrevisse, præjudicium nobis exhibet decretum commissionis ab Imperatore Ferdinando II. Glor. M. in puncto executionis ad Regem Danicæ & Principem ac Ducem Brunsvicensium & Lüneburgensium emanatum in causa Oledenburg die Herrschafft Kniphausen betreffend; Cujus decreti verba hæc sunt; Sintemahl wir dann der Sachen obergezählte Beschaffenheit in reiffe und fleisige Erwegung gezogen/und die mehr ob angeregte im Jahr 1592. vor vielgedachte  
te Grafs



re Graffen zu Oldenburg ergangene rechtliche Erkandnus/  
 wie auch die darüber ertheilte executoriales und partition de-  
 cret an sich selber richtig / klar und undisputirlich / darneben  
 auch ferner offenbahr / und am Tag liegend befunden / daß der  
 von uns in die Achte erklärte Mannsfelder bey einnehmung  
 der Graffschafft Ostfrießland / die Herrschafft Kniphausen  
 ebenmäßig invadiret, über die massen verwüestet / und in Ver-  
 derben gesetzt : Also wie dieselbe zuvor allbereit zu erstattung  
 der Vermög obgerührter Endurtheil vor und eslichen  
 zwanzig Jahren in Recht zuerkanden nutzungen vnd Ein-  
 kommen / bey weitem nicht erkläcklich gewesen / nunmehr dem  
 obgesiegten Theil darauß in principali & accessoriis, in  
 deme / was erkandt / rechtlicher Gebühr nach / nicht verholffen  
 werden mag / in Betrachtung / daß gedachter Mannsfelder /  
 die eingenommene Ostfrießische und andere Quartier / gleich-  
 samb als sein Engenthumb / jetzt diesem / bald andern Potenta-  
 ten gegen ansehnlichen summen Gelds abzutretten sich er-  
 botten / hoch zubefahren / daß obgerührte Herrschafft Knip-  
 hausen etwan in frembde Hand kommen / und zu des Heyligen  
 Römischen Reichs præjudiz, dem Burgundischen Kranß  
 gänglich entzogen werden möchte / daher wir also auß jester-  
 zehlten und andern mehr erhöblichen Ursachen / und wohlers-  
 wogenen Umständen / nicht sehen können / wie dem Wohlge-  
 bornen unserm und des Reichs lieben Getrewen / Anthon  
 Günthern / Graffen zu Oldenburg und Delmenhorst / uns-  
 serm Rath / die von seinen Vor- Eltern schon vor vielen abge-  
 wichenen Jahren / obgehörter Gestalt / erlangte Execution,  
 länger zuverziehen / und unser Kayserliche Hülff *pro admini-*  
*strandâ justitiâ* zu denegiren sene / *re. Vid. Author.* Der kurze  
*information* von dero am Kayserlichen Cammer- Gericht /  
 C zwischen



zwischen Herrn Anthon Günthern / Graffen zu Oldenburg /  
 zc. eines / und denen Herrn von Kniphhausen anders / so dann  
 denen Herrn Graffen zu Ostfriesland / zc. Als intervenien-  
 ten, dritten Theils / *ad revisionem* stehender Sach / p. 24. & 25.  
 Faciunt & huc verba in voto suo à Hämmerlin. ad Casarem  
*in causa Braunschweig contra Braunschweig / in puncto Banni*  
*adducta, quod votum extat apud Klock. in vot. & Relat. Ca-*  
*meral. pag. 986. ubi ita ait : So viel Ew. Kayf. Mayj. en-*  
*genes interesse belanget : Ob wohl nicht ohne / daß Ew. Kayf.*  
*Mayj. Cammer-Gericht dero Hoff Mandatis avocatoris*  
*vorkommen und praecipire / so wohl in citatione super fracta*  
*pace, wegen der vorgegangener Belagerung / als auch in man-*  
*dati avocatoris, so bin ich doch der unterthänigsten Meinung /*  
*daß Ew. Kayf. Mayest. mit Ihren Hoff-Processen und Man-*  
*dati in Fällen / da deß ganzen Reichs Ruhe und Wohlfahrt*  
*periclitire / deren Kayserl. Cammer-Gericht allezeit so viel und*  
*lang / biß die arma offensiva nidergelegt / assistenz zu thun / wohl*  
*befuget / und die so E. Kayserl. Mayest. Mandati ungehor-*  
*sam sein / straffen mögen. Inferior sanè Camera seu etiam*  
*judicii Aulici sententiam, nisi utriusque jussu, citra nulli-*  
*tatis vitium exequi non poterit, Vid. Klock, tom. 2. Cons. 99.*  
*ubi de hoc ex professo.*

T H E S. XVI.

Coeterum requisitio, de qua paulò ante, duplicis ge-  
 neris est. Fit enim vel à iudice, qui sententiam tulit; vel  
 per invocationem brachii secularis. Circa illam moveri  
 solet : Num Iudex requisitus possit cognoscere, de Justis-  
 tia seu æquitate sententiæ? Quid de hoc senserit suprema  
 Hollandiæ Curia refert Sandeus in *Decis. Frisic. lib. 1. tit. 12.*  
*defin. 5, his verbis : Curia nostra rogata à suprema Hollandiæ*  
*& Zelan-*



& Zelandia Curia, ut mandaret executioni sententiam latam  
 pro Egbert Wouters in siin qualiteyt triumphant contra Jooſt Sy-  
 brandes, als Vollmacht war Werp von Tiiffens gedoemde.  
 Cum in executione varia exceptiones proponerentur concernens  
 tes merita causa, & nullitatem sententiae arguentes de istis exce-  
 ptionibus Senatus noluit cognoscere, sed decrevit 15. Julii Anno  
 1624. integrum processum super istis exceptionibus conscriptum  
 ad predictam supremam Curiam esse transmittendum, uti etiam  
 transmissus est. Recepta enim nostrorum doctrina est, quando  
 exceptiones in executione opponuntur, quae concernunt merita  
 causa, vel sententiam ipsam impugnant, ac nullitatis arguunt,  
 quod Executor vel Iudex requisitus, ubi cognoverit eas non esse  
 frivolas vel calumniosas, non ipse super iis pronunciare, sed eas  
 ad priorem judicem remittere debeat. Ita Joachimus Mynſinger  
 rus centur. 3. obs. 69. Andr. Gail. l. 1. obs. 113. n. 8. & seqq. Hartmann.  
 Hartmann. tit. 1. de iudic. obs. 6. num. 10. Jacob. Menoch. lib. 1. de  
 Arbitr. jud. quest. 38. num. 9. & seqq. Petrus Barbosa ad l. Pra-  
 tor. 75. in pr. num. 46. & seqq. Et ad S. Marcellus num. 63. &  
 seqq. ff. de iudic. Jacob. Cancer. p. 2. Variar. Resolut. cap. 5. num. 12.  
 & seqq. His insuper habitis Hollandiae curia suprema noluit de  
 istis exceptionibus cognoscere, sed lis indicisa rediit ad Senatum,  
 qui tandem eam urgente Actore terminavit. Haetenus Sandeus.  
 Anton. Faber. in suo Cod. lib. 7. tit. 20. defin. 1. distinguit;  
 quod oppositae exceptiones vel in continenti doceri pos-  
 sint, & Iudex requisitus non patiat eum opprimi, cui  
 propriae jurisdictionis tuendae, ergo subvenire debeat: vel  
 quod altioris sint indaginis & causam recte remittat ad  
 judicem priorem. At si verum, quod quidem verissimum  
 putamus, per ea quae infra dicentur, quod exceptiones  
 non admittantur in hoc processu, quae altioris indaginis,

C 2

ultimum



ultimum hoc membrum distinctionis vacillare necesse est, *Vid. Christin. vol. 4. Decis. Belgic. decis. 101. num. 4. Berlich. p. 1. concl. 79. num. 42. & seqq. Perez. in Cod. lib. 7. tit. 53. num. 4. Christoph. Frider. in tr. de Process. judic. p. 495. Reyg. cit. loc. n. 17.*

## T H E S. XVII.

Dum verò supra requisitionem hanc tribuimus soli iudici, qui sententiam dixit, eo ipso inferimus, citra illam iudicem alterius territorii absque nullitatis vitio executionis partes non suscipere. *Mynsinger. 3. observ. 68. Frider. Mindan. lib. 2. cap. 65. num. 18. Klock. d. consil. 99. Etsi victor officium ejus imploret. Rosbach. d. tit. 79. num. 8. & 9. Reyger. d. loc. num. 2. Quod tamen secus se habet, si actionem in factum ex iudicato contra victum, coram illo iudice intentat. Potest enim hæc actio iudicati coram quocunque iudice intentari *Vid. Gail. lib. 2. de Pac. publ. cap. 17. num. 35. Vmm. d. disp. ult. num. 6. Sanè iudex ita requisitus executionem denegare nequit. Est enim una jurisdictio per aliam adjuvanda cap. 1. c. quoniam X. de offic. judic. ord. in. Ord. Cam. p. 3. tit. 49. Recess. Imper. de Anno 1654. §. In welchen & seqq. Gail. 1. obs. 115. num. 2. Frider. Mind. cit. tr. lib. 2. cap. 65. Berlich. p. 1. Concl. 79. num. 25. & seqq. Vultej. d. cap. 13. Hillig. lib. 27. Don. Enucl. cap. 3. Lit. I. Richter in Centur. Reg. 29. n. 16.**

## T H E S. XVIII.

Brachium seculare invocari dicitur, quando Clericus iudicem laicum, pro exequenda sententiâ à se lata implorat; Cum enim Clericis, quâ Clericis nulla jurisdictio vel imperium in causis civilibus competat, aut competere possit, prout ab Orthodoxis luculenter hæctenus probatum; Ita nec executio iis competit, sed necesse est, ut secularem



cularem judicem requirant, quo à se judicata exequatur. prout est *text. in l. 8. ibiq. Mornac. in proæm. ad tit. C. de Episcop. Audient. Vultej. de judic. libr. 3. cap. 13. num. 29.* Quam quidem legem cum aliis, quæ in Codice extant, de SS. Eccles. de Episcop. & Cler. nullam esse, quia disponunt sine jurisdictione de personis & rebus Ecclesiasticis, cum *A. Barbos. de jurisd. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 4. num. 67.* asserere velle immanis absurditatis est. Aliud sanè judicium Patronorum, qui causam venetorum contra Pontificem initio hujus seculi egerunt. Hi enim litem, quæ quidem de tribus potissimum erat. 1. de coercitione criminum, quæ à Clericis committuntur, 2. de decreto Senatus, quo prohibuit, ne loca venerabilia deinceps sine ejus voluntate extruerentur, Et 3. denique de prohibitione Laicis facta, ne res soli in Ecclesias sine ejusdem Senatus assensu transferrent, ex juris Justiniani dictamine decidi voluerint, & consequenter illi juri Pontificem ipsum subjici. *Vid. Clariss. Eichel. in præfat. Histor. Arcana Procopii num. 50. & seqq.* ubi hoc latius persequitur.

## T H E S. XIX.

Quod aurem *Petr. Frider. Mindan. cit. c. 65. num. 11.* ait: Brachium seculare tum demum implorari, quando Clericus contra victum omnia fecit, quæ potuit per censuras, quas hic flocci faciat. Id negat *Barbos. loc. cit.* Tum quod nullibi id habeatur in lege, tum quod censuræ variis obnoxix ambagibus, hincque pœnam effugere Reo occasio sit; Variosque casus assignat, quibus id nihilominus invocari possit, V. C. quando subsit periculum effusionis sanguinis, quando dubitatur ne Reus affugiat, quando executio judicis secularis facilius sit exitus. Et

C 3

sane



fane habet in hoc suffragentes Patres concilii Tridentini. Ita enim hi in sess. 25. cap. 3. Quamvis ex communicationis gladius nervus sit Ecclesiastica disciplina, & ad continendos in officio populos valde salutaris, sobrie tamen, magnaq; circumspeditione exercendus est, cum experientia doceat, si temerè aut levibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quam formidari; & perniciem potius parere, quam salutem; Quapropter excommunicationes ille, quæ monitionibus præmissis, ad finem revelationis, ut ajunt, aut pro deperditis, seu subtractis rebus ferri solent à nemine prorsus, præterquam ab Episcopo decernantur, & tunc non alias, quam ex re non vulgari causaq; diligenter ac magna maturitate per Episcopum examinata, quæ ejus animum moveat, nec ad eas concedendas cujusvis secularis, etiam Magistratus auctoritate adducatur; Sed totum hoc in ejus arbitrio, & conscientia sit positum: Quando ipse pro re, loco, persona, aut tempore eas decernendas esse judicaverit. In causis verò judicialibus, mandatur omnibus iudicibus Ecclesiasticis, cujuscunq; dignitatis existant, ut quancunq; executio realis vel personalis, in qualibet parte iudicii propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se tam in procedendo quam definiendo à censuris Ecclesiasticis, seu interdicto: Sed liceat eis, si expedire videbitur, in causis civilibus, ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, contra quoscunq; etiam Laicos, per multas pecuniarias, quæ locis piis, ibi existentibus, eo ipso quod exactæ fuerint, assignentur, seu per captionem pignorum, personarumq; distractionem per suos proprios aut alienos executores faciendam, sive etiam per privationem beneficiorum, aliq; juris remedia procedere & causas definire. Quod si executio realis vel personalis adversus reos hac ratione fieri non poterit, sitq; ergà iudicem contumacia, tunc eos etiam anathematis mucrone, arbitrio suo præter alias pœnas ferire poterit;



poterit ; In causis quoq̄ Criminalibus , ubi executio realis vel personalis ut supra , fieri poterit , erit à censuris abstinendum , sed si dicta executioni facile locus esse non possit , licebit iudici hoc spiritali gladio , in delinquentes uti , si tamen delicti qualitas , præcedente bina saltem monitione , etiam per edictum id postulet. Nefas autem sit seculari cuilibet Magistratui , prohibere Ecclesiastico iudici , ne quem excommunicet ; aut mandare , ut latam excommunicationem revocet , sub prætextu , quod contenta in præsentis decreto , non sint observata ; Cum non ad seculares , sed ad Ecclesiasticos hac cognitio pertineat : Excommunicatus verò quicumq̄ , si post legitimas monitiones non resipuerit , non solum ad Sacramenta & communionem fidelium , ac familiaritatem non recipiatur : Sed si obdurato animo , censuris annexus , in illis per annum inforduerit , etiam contra eum tanquam de hæresi suspectum procedi possit. Uti verò hoc quam primum emanavit , multorum justissimam indignationem incurrebat , ceu videre est apud Suav. Polan. in Histor. Concil. Trident. lib. 8. pag. mih. 917. & seq. ubi de Patribus Curia Pariensis sic refert. At verò Patres conscripti curiæ centum viralis satis multa alia invenerunt , quæ Capitibus reformationis duabus illis Sessionibus promulgatis opponerent , in quibus auctoritatem Ecclesiasticam supra modum dilatam agebant , cum detrimento & imminutione temporalis ; Veluti cum datur Episcopis potestas mulctandi Laicos pœnis pecuniariis , & in eos manum injiciendi. Nam à Christo suis Ministris , nullam auctoritatem datam , nisi purè mereq̄ spirituales. Verum ex quo Clericus factus est membrum & pars politia , Principes Episcopis ex gratia concessisse , ut pœnis temporalibus Clericos inferiores coererent , nempe ut disciplina esset inter eos locus. At verò ut hoc genere pœnarum laicos possint constringere , neq̄ lege divina neq̄  
humana .



*humana iis permiffum fed fola ufurpatione quafitum; Ita quoq;  
non minus in propatulo eft, multis in regnis Christiani  
orbis contrarium fervari, Vid. Barbof. d. loc. num. 52. Lymn.  
in Notit. Regn. Franc. lib. 3. cap. 4. lit. AA. BB. ac Mindani  
fententiam in puncto juris veriozem effe per cap. 10. X. de  
judic. & c. 1. X. de offic. ordinar.*

## T H E S. XX.

Illud autem potiffimum hic quæritur: Num Judex  
laicus teneatur præftare officium non vifo proceffu nec  
cognitione habita de Iuftitia fententiæ? Affirmativam  
communem effe teftatur, *Aloyf. Ricc. in collectan. Decif. 573.*  
ubi exceptiones addit fequentes. I. Si conftet notoriè de  
injuftitia. II. Si gravis pœna exequenda veniat. III. Si  
informandi gratia Judex prius videre velit proceffum. IV.  
Si delictum mixti fori fubfit. Quas nunc non examinabi-  
mus: præfertim quod in Camera id observari conftet,  
quod mandatis executorialibus in hac re anneftatur cita-  
tio, legitimæque exceptiones contra invocationem ad-  
mittantur. *Gail. 1. observ. 115. num. 4. & feqq.* ut proinde re-  
ligio judicis feularis vix circumveniri poffit, & ut ipfi de  
caufæ æquitate non conftet.

## T H E S. XXI.

Planè ubi à fententia in priori instantia lata appella-  
tioni interpositæ delatum, five illa postmodum confirmetur,  
five reformetur executio ad judicem appellationis  
unicè fpectat. Et ratio in aprico: Quod Judex prior ap-  
pellationi deferens, in totum iurisdictione fe abdicaffe vi-  
deatur. Et appellatio reponat causam in statum, in quo  
fuit ante fententiam per *Text. in anth. si quis litigantium C.  
de Epifcop.*



de Episcop. audient. l. 32. §. 2. in fin. l. 6. C. de appellat. Nov. 123. cap. 21. Ordin. Camer. p. 3. tit. 50. §. Diweil aber Vers. Diweil. Coler. p. 3. cap. 1. num. 109. Berlich. p. 1. Concl. 79. num. 7. & 8. Gail. 1. obs. pract. 113. (ubi ita in Camera observari testatur) Mynsinger. Centur. 4. obs. 94. Vultej. d. cap. 13. Treutl. vol. 2. disp. 23. th. 5. lit. G. ibiq. Bachov. Klock. vol. 2. Cons. 21. num. 79. & Cons. 75. num. 1. & cons. 99. num. 20. Aliud tamen statuendum, si appellatio vel deserta fuerit, vel non devoluta, tunc enim primus Judex exequitur, non appellationis, per l. ult. §. 4. sed et si per eum steterit. C. de tempor. appel. Ord. Cam. p. 3. tit. 50. §. Wo aber appellationes. Nec remissione expressa opus. Confer. Gail. 1. obs. 113. num. 14. Bocer. d. disp. 36. th. 14. Colleg. Argentor. lib. 42. tit. 1. §. 91. Illud autem hic prætereundum non est, quod sicubi in causa injuriarum ad recantationem actum fuerit, illaque ad Cameram Spirensensem devoluta, etiamsi judicis inferioris sententia fuerit reformata, attamen Reo injungi, ut recantet coram dicto judice prioris instantiæ, prout quidem testantur, Bocer. cl. 4. dis. 4. th. 85. Berlich. p. 5. concl. pract. 62. n. 35.

T H E S. XXII.

Et hætenus quo auctore legitime fiat executio: sequitur contra quos nempe. Regulariter tantum contra eum, qui ritè condemnatus, l. fin. C. de execut. Rei judic. Vultej. lib. 3. de judic. cap. 13. num. 56. Rosbach. d. tit. 79. num. 11. Bocer. d. loc. th. 17. Colleg. Argentor. lib. 42. tit. 1. §. 93. Hinc executio nulla institui potest adversus procuratorem l. 61. ff. de procurat. Sithman. Nucl. Pandect. paratitl. lib. 42. tit. 1. §. fin. Bocer. proxime cit. loc. Nisi in rem suam datus sit aut liti se obtulerit, vel se pro principali obligaverit. d. l. 61. ff. de procurat. l. 4. ff. de Re judic. arg. eor. qua tradit. Coler. de Proc. D execut.



*execut. p. 2. cap. 3. num. 258. Oldendorp. cl. 1. Act. 12. Colleg. Argentor. cit. loc. n. 82. Hahn. in observ. ad Wesenbec. ad tit. de Procur. num. 8. Zæf. in Comment. ad ff. lib. 3. tit. 3. num. 24. Nec 2. fit executio adversus Syndicum l. 4. §. 1. & 2. ff. de re judic. Nisi forte ex non justâ causa litigaverit, & propterea in expensas condemnatus ; Vmm. de proc. judic. disp. ult. n. 7. Nec 3. contra tutorem aut curatorem, quoniam alieno nomine & necessitate muneris sibi injuncti, nec voluntariè agunt, l. 1. & 2. ff. de Administr. Tutor. Confer. Oldent. Vmm. cit. loc. Coler. de process. Execut. p. 2. cap. 9. num. 256. Rittershus. in Expos. Novell. p. 8. cap. 9. num. 19. Carpzov. p. 2. jpr. For. Saxon. constit. 32. defm. 14. Nec 4. contra hæreditatem jacentem. Extat enim nulla persona quæ potest eo nomine interpellari vel citari, & sic in mora constitui arg. l. 24. §. ff. exheredato ff. solut. matrim. Nam quamdiu jacet, reputatur ad instar pupilli & furiosi, qui non defenduntur. Vid. Coler. d. tr. p. 2. cap. 3. num. 387. Klock. vol. 2. conf. 99. num. 45. Colleg. Argentor. cit. loc. §. 95. Neque denique contra tertium. Non enim per alterum alteri iniqua conditio inferri, neque res inter alios judicata alteri obesse debet, cui etiam non prodest l. 1. C. & tot. tit. Res inter alios judic. &c. Idque, quod sententia inter alios lata alteri non præjudicet, sæpè constitutum esse dicitur, l. 63. ff. de Re judic. Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 23. thes. 5. lit. E. Klock. vol. 2. Conf. 56. per tot. Perez. in Cod. lib. 7. tit. quib. res judic. non noc. Unde hic quæritur : Num verò tertius executionem impedire possit ? Quod toties affirmamus, quoties sententia lata ipsi vel ratione causæ, vel ratione scientiæ, vel ratione rei judicatæ vel ratione vitii & fraudis in re exequenda commissæ non nocet, sed de suo interesse summatim, &*

intra



intra breve tempus docere potest, nisi is qui sententiam obtinuit, tertio illi executionem impedire volenti cautionem præstet de indemnitate sive restituendo in casum, quo tertius iste obtineat, quo casu executionem non impedit; De qua tamen quæstione amplius consuli possunt. *Covarruv. l. 2. quæst. pract. cap. 16. Vultej. lib. 3. de judic. cap. 13. num. 65. Mynsing. 3. obs. 73. Petr. Frider. Mindan. de continent. caus. c. 9. n. 21. & seqq.*

## T H E S. XXIII.

Ab hoc quoque dependet; Quod in bona uxoris dotalia & paraphernalia, mariti condemnati intuitu, fieri executio nequeat. *l. 2. C. Ne uxor pro Marit. Confer. Coler. de Proc. Execut. lib. 2. cap. 3. num. 262. & seqq. Colleg. Argentor. lib. 42. tit. 1. §. 95. Bicc. in Aur. Sect. 5. thes. 156.* Licet enim dos vere sit in dominio mariti *pr. Inst. quib. alien. lic. vel non l. 9. C. de Rei vindic.* Facto tamen hujus, illius causa deterior fieri nequit. Cum id dominium non sit absolutum, sed limitatum, & ita ut semper potior habenda sit ratio mulieris, juxta ea, quæ deducit *Parens meus. p. M. in Exercit. jur. 8. Coroll. 1.* In paraphernalibus vero, etsi maritus habeat, jus utendi fruendi, & contra usufructuarium alias dari soleat *executio l. 60. §. 1. ff. de usufr.* Attamen id jus alio non tendit, quam ut inde exhibeatur familia, in damnum itaque mulieris proprietariæ extendi nequit, *Vid. noviss. Carpzov. in Process. tit. 25. art. 1. §. 6.* Et idem quoque asserti debet de dotalitio nobis vulgò ein Leibzucht oder Leibgeding / daß es dem Weib zu ihrem Leib angedinget wird. Inter Illustres Wittumb. *Refer. apud Klock. relat. 4. num. 260. & seqq.* De utroque quippe, dote & dotalitio, idem jus statuendum esse obtinuit. *Vid. Höpping. Consil. 33. in resol. 1. quæst. Quæ*

D 2

tamen



tamen hæcenus quoad bona dotalitia regulariter procedere puto. Nam propter debitum primipilare utique in illa executio fieri poterit, *per text. in l. 3. C. de Primipil. l. 4. C. in quib. caus. pign.* Sanè quod verè officium fuerit Primipili Dd. inter se disputant, uti præprimis videre est, *apud Munoz. de Escobar. in tr. de Ratiocin. cap. 36. num. 10.* Puto illos rectissimè sentire, qui illud in cura & distributione annonæ militaris potissimum ponunt, quam plerumque primipili ductor exercebat quamquam diversis temporibus diversum obtinuerit. *v. Cujac. in recit. C. de condict. ex lege. Pancirollum. notit. Imper. Oriental. cap. 21. aliquando etiam objective vox usurpata fuerit. l. 3. § 7. C. de Cohortal. non subjective: ut in t. t. C. de primipilo. 12. 63. Cujac. ad l. 114. §. 14. de Legat. 1. pag. 1189. B.* Nec illos errare, arbitror, qui id ipsum jus, quod circa primipilum sancitum, extendunt ad modernos officiales, qui annonæ præsumt, stipendiaque solvunt militibus, vulgò *Proviand, Zahl- und Pfenningsmeister* | *Vid. Merend. lib. 6. Controv. 39. per tot. Merlin. de pignor. § hypoth. lib. 3. quest. 94.*

T H E S. XXIV.

Hinc quoque quod executio sententiæ contra Vassallum latae, Domino feudi : Item contra usufructuarium, proprietario & è converso præjudicare non debeat. *Confer. Klock. Vol. 2. Consil. 56. num. 16. & seqq. Zæf. ad Pand. lib. 42. tit. 1. num. 135.* Hinc quoque quod contra singularem successorem V. C. Emptorem donatarium, legatarium, &c. executionem dari non posse velint. *Vid. Carpzov. cit. artic. §. 7.* Circa quod tamen casus nonnulli distinguendi. Vel enim quæritur de executione sententiæ prolatae in actione personali. Et hoc casu executionem sententiæ  
contra



contra singularem successorem fieri non posse convenit, per l. 4. C. de Rer. permut. l. fin. §. fin. ff. de contrah. Empt. Coler. d. p. 2. cap. 3. num. 433. Berlich. concl. 80. num. 46. Carpzov. d. const. 32. defin. 24. Cum enim successor non contraxerit, neque etiam sit heres, nullo jure obligatus censetur, neque pertimescenda ipsi actio, quæ personas contrahentium non egreditur. Inde quod obligationes personales fundum non sequantur l. 1. §. si heres ff. ad Sc. Trebellian. l. 3. §. opus ff. de alien. judic. mut. caus. fact. Nisi personaliter & executivè obligatus bona sua in fraudem creditorum alienaverit: Quo casu prius rescissâ & revocatâ alienatione juxta §. 6. Instit. de action. executio parata prout intentari poterat contra principalem, ita pariter locum habere debet contra singularem successorem, Vid. Coler. cit. loc. ubi plures hujus regulæ fallentias proponit, Vultej. lib. 3. de judic. cap. 13. num. 60. Vel quæstio est de executione sententiæ prolatae in actione reali. Ubi iterum distinguendum: Utrum Successor singularis causam possessionis suæ habeat à convicto; tum demum contra ipsum fit executio, si eam accepit, cum jam esset litigiosa l. 1. & 2. C. de litigios. Vel alio aliquo vitio puta furti vel rapinæ affecta, adeò ut processu alio adversus successorem opus non sit. Alienatio enim fieri non potest nisi cum sua causa. l. 67. ff. de Contrah. Empt. Et vitia realia transeunt etiam in successorem singularem l. vitia C. de acquir. vel amitt. possess. l. apud §. de auctoris dolo ff. de dol. mal. except. Si verò ante judicium constitutum rem acceperit, sententia contra principalem lata singulari successori non nocet, l. Si praeses provincia C. de pignor. & hypoth. l. si superatus §. fin. ff. eod. Confer. Anton. Faber. in Cod. lib. 7. tit. de Execut. Rei judic. defin. 7. Klock. vol. 2.



*Consil. 56. Gail. 1. obs. 118. Colleg. Argentor. d. lib. 42. tit. 1. §. 93.  
Bocer. cl. 6. disp. 36. th. 18.*

**T H E S. XXV.**

Coeterum contra successorem universalem seu hæredem condemnati executionem fieri posse extra dubium, & est text. express. in l. 6. §. ult. l. 44 ff. de Rejudic. Vid. Bocer. allegat. loc. th. 17. Richt. in centur. Reg. 7. num. 17. Nec ratio in obscuro : Quia omnia jura tam passiva quam activa in eum transeunt, Citationem tamen præcedere necesse est. De quo latius infra. Ut & si plures sint hæredes, unus ex illis conveniri nequit. Sed unusquisque pro sua tantum portione seu quota, nisi pignus vel hypotheca intercedat, quæ facit, ut possessor teneatur in solidum l. 1. l. 2. C. de hæred. action. Berlich. cit. concl. 80. num. 28. Carpzov. d. const. 32. de fin. 24. Coler. p. 1. cap. 10. num. 312. & 13. Quo casu tamen nihilominus hæredi possessori adversus coheredes regressus detur, l. 1. C. si cert. petat. l. 2. & ult. C. de hered. act. l. 2. §. ult. ff. de verb. oblig. Papon. de Arrest. lib. 18. tit. 5. Arr. 5. dato ad id vel iudicio familiæ hærescundæ, si nondum inter coheredes redditum, vel eodem reddito cum iterari non possit, l. 20. §. 4. ff. famil. heres. concessa utili negotiorum gestorum actione l. 3. C. de negot. gest. l. 18. §. 1. C. famil. heres. l. 31. ff. de Procur. Boer. Decis. 57. num. 5. Molina: in consuetud. Paris. §. 3. Gloss. 4. verb. sermen num. 40. vers. Redeundo Klock. Tom. 2. consil. 83. num. 43. Idem asserimus eo casu, ubi contra plures in solidum obligatos sententia simpliciter prolata, ut condemnatio videatur pro parte facta, & tantum pro sua parte quilibet teneatur l. 43. ff. de Rejudic. l. 1. & 2. C. si plur. una sentent. condemn. l. 10. §. 3. ff. de Appellat. Indeque si quis condemnatorum non sit solvendo, executor tamen



tamen amplius quam à quolibet suam partem exigere nequeat. *Vid. Christin. Decis. Belgic. vol. 4. decis. 106. Zæf. ad Pand. lib. 42. tit. 1. num. 143.* Atque hoc tibi cine niti puto Responsum Jctorum Marpurgensium, quod extat apud Klock. *Vol. 2. Consil. 99. & ita habet:* Als uns Decano, und andern Doctoren der Juristen Facultät / in der Universität Marburg/ obgesetzte facti species zugestalt / und wir unsere Rechtliche Meinung zu eröffnen und mitzutheilen ersucht und gebethen worden / so haben wir demnach dieselbe mit Fleiß verlesen und erwogen / und befinden darab allenthalben / so viel daß die Gebrüdere Stoppeler / die execution allein ex capite nullitatis schwerlich werden durchtreiben / und etwas erhalten können / sondern dieweil ihre Vorsahren beyder Hauptsach / darauff die condemnatori Urthel auch die execution erfolget / mehr Correos gehabt / in dessen contumaciam und Ungehorsam eins und anders ergangen / und daher die Stoppeler / allein mit der execution nicht zuverfahren / sondern so wohl die Correi als sie / dem Judicato zu pariren verbunden / und aber die execution, gegen die Stoppeler allein vorgenommen / so helfen die Stoppeler vielmehr dahin zusehen / daß sie ex capite immoderata executionis sich der Beschwerung benehmen / zu dem Ende sie utrumque caput & nullitatis & executionis immoderata, und dieses zwar eventualiter zu treiben hätten / und wird es sich mit der bloßen oblation nicht verrichten lassen / sondern es will von nöthen sein / daß ein jeder seine portion dergestalt offerire, daß solche portion zugleich consigniret und deponiret werde von Rechtswegen / &c.

T H E S. XXVI.

Quid autem de fidejussoribus, an in illos, sine novo processu sententiæ executio fieri poterit? communiter  
disting.



distinguitur inter fidejussores cōtractus & fidejussores litis  
 In illos non posse fieri executionem sine novo processu;  
 In hos qui nempê de judicato solvendo caverunt, utique  
*Mynsinger. 4. obs. 96.* Quanquam verò distinctionis termi-  
 ni minus rectè se habeant, rem tamen ipsam juris ratione  
 niti defendemus. Confer. *Anton Hering. de fidejussor. c. 27. p. 5.*  
*num. 53. & seqq. Vmm. d. disp. ult. num. 9. Colleg. Argentor.*  
*cit. loc. §. 93. Bocer, alleg. loc. th. 91. Rosbach. tit. 79. Proc. judic.*  
*civ. n. 11.*

### T H E S XXVII.

Coeterum venit in executionem id, quod per Sen-  
 tentiam obtentum est, seu res Judicata. Sicut enim execu-  
 tio fieri non potest, nisi contra condemnatum ac in bo-  
 nis alterius quam condemnati; Ita non debet fieri in bo-  
 nis nisi in sententia contentis; Atque si sententia versatur  
 super incerto, non potest ante factam liquidationem sus-  
 cipi, arg. l. 3. & 4. C. de execut. Rei judic. l. 9. ibique *Auth. C. de.*  
*bon. author. judic. possid. Mynsinger. 2. obs. 6. Ottho Mellander,*  
*volum 2 ad Process: Camer pag. 182. Nicol. Vigel. Centur. 1. Resp.*  
*jur. 5.* Secus tanquam excessiva seu nulla revocatur, pro-  
 ut pluribus passim docemur à Doctoribus. Quapropter  
 tenor sententiæ & commissionis ab executore semper  
 præ oculis haberi debet *l. quicumque C. de Execut. Rei judic.*  
 Quod si enim tenorem sententiæ executorialiumq; fines  
 egreditur, desinit esse executor. Exceditur autem de re ad  
 rem, de quantitate ad quantitatem, de tempore ad tem-  
 pus, Item rejiciendo exceptiones admissibiles, & admit-  
 tendo rejiciendas. Et contra talem temerarium ausum,  
 varia prodita remedia, appellationis, quærelæ nullitatis,  
*c. 32. X. de Appell. l. ab executione C. quor. appell. non recip.* Itē  
 a ctiones



actiones doli & injuriarum. Cum autem Executor habeat praesumptionem pro se, incumbit onus probandi alleganti excessum, neque executio in totum suspenditur, si excessus non in toto, sed in parte commissus. *Vid. Salgad. in tr. de Protect. reg. vi oppr. p. 4. cap. 3. per tot. Dn. Carpzov. lib. 3. Resp. Elect. tit. 12. resp. 127.*

**T H E S. XXVIII.**

Solet aliàs hîc circa locutionem *Res judicata* inter Dd. disceptari, num rectè dicatur *sententiam post decem dies transire in rem judicatam*? Quod post alios novissimè negat *Anton. Matthai de judic. disp. 12. th. 1.* Cui haecenus subscribere licet, si sermo sit, num veteres Jcti in eo sensu hac phrasi usi? An verò tam malè se habeat, ut vel juris rationi repugnet vel intellectu commodo careat, id non dixerim. Quod si enim eo in sensu sumitur, ut in rem judicatam transisse dicatur sententia, quando amplius appellationi locus non est, non verò si fatale hujus adhuc currit, sententiæ & rei judicatæ discrimen satis in aprico. *Vid. Riminald. lib. 1. consil. 48. per tot.* Neque termini ab antiquo recepti facile reprobari debent. Sane Pontificem hoc in sensu usum fuisse, apparet ex *cap. 15. X. de sentent. & Re judic.* Quicquid verò sit, uti supra innuimus, res judicata hîc nobis dicitur id, quod sententiâ suâ Judex definit: atque exequendum venit *Confer. Bachov. ad Treutl. vol. 3. disput. 25. th. 1.*

**T H E S. XXIX.**

Ad quod itaque vel dandum, faciendum, vel praestandum condemnatus reus, illud præcisè date, facere, vel præstare tenetur *l. 15. §. in venditione ff. de re judic. Vmm. d. disp. ult. num. 13. Perez. in Cod. suo lib. 7. tit. 53. num. 9.* Et

**E**

**meritò**



merito cum creditori invito aliud pro alio solvi non possit:  
*l. 2. §. 1. ff. de Reb. credit. Dn. Hahn. in observ. ad hunc Tit. p. 477.*  
 Quod Dd. in tantum extendunt, ut etiamsi Reus triplū  
 pro specie solvere vellet, non tamen audiretur. Et tamen  
 certus ordo in executione instituen da observandus venit.  
*Carpzov. in jprud. Consistor. lib. 3. tit. 3. defin. 4. num. 7. & noviss.*  
*in process. tit. 25. in proæmio.* Et quidem cum iudex proprio  
 motu executionem non decernat. *l. 4. §. 8. ff. de damn. infect.*  
*l. 2. C. de Naufr.* Necessè est, ut victor pro executione sibi  
 decernenda adeat iudicem, ipsique qualem qualem peti-  
 tionem offerat, ad hoc ut ipse intelligat ex quo capite &  
 causa petatur executio, secumque deliberare possit, an  
 eam concedere debeat. *Confer. Coler. de Proc. Execut. p. 3. c. 50.*  
*num. 1. & seqq. Berlich. p. 1. concl. 81. num. 2.* Pro qua execu-  
 tione rei judicatæ obtinenda de jure diversa competunt  
 remedia. Quorum primum Actio iudicati seu in factum  
 est. Quâ consequitur id, quod per sententiam adjudicatum  
 text. in *l. ordo rei C. de Execut. rei judic. l. 8. C. de Reb. cred.*  
*& l. miles §. fin. ff. de Re judic.* Alterum verò officium iudi-  
 cis. Cùm mox à fronte & recta via petitur executio. *Vid.*  
*Meisobner. Tom. 1. Decis. Camer. decis. 28. num. 27. Mynsinger.*  
*Resp. 6. n. 7. & 8. Frider. Mindan. lib. 2. Proc. c. 58. Gail. 1. obs. 113.*  
*num. 9. Vmm. d. disp. ult. num. 18. Bachov. ad Tr. vol. 2. disp. 23.*  
*th. 5. lit. F. & G. Bocer. cl. 6. disp. 36. th. 20. Rosbach. Proc. judic. civ.*  
*tit. 79 num. 13. & 15. Arnold. Reyger. in Thes. jur. sub. voc. Execu-*  
*tio in civ. num. 9.* utrum verò ex hisce remediis instituere  
 utilius inter Dd. non convenit. *Oldentorp. Cl. 1. Act. 12. in ad-*  
*fin. remed.* pro actione rei judicatæ concludere videtur;  
 quod in illam quoque damna veniant, non ubi iudicis of-  
 ficiū imploratur. Alii pro officio, quod hoc citius res ad  
 effectum



effectum perducatur. Alii actionem rei iudicatae tum  
 inutiliter præprimis institui censent, cum dubitetur, num  
 iudicatum sit, aut reus munitus adversus sententiam qui-  
 busdam exceptionibus. *Anton. Matth. d. disput. 13. thes. 6.*  
 Ego parum interesse puto, utrum instituat, cum nec  
 processu nec effectu differant. *Conferrunt. Refer. apud*  
*Meischner. alleg. decis. 28. num. 19. Mindan. d. lib. 2. c. 58. Vmm.*  
*dict. disput. ult. n. 19.*

T H E S. XXX.

Deinde citationem partis multi requirunt: Non-  
 nulli tamen illius necessitatem negant, Alii distinguunt.  
*Vid. Salgad. de Protect. Reg. p. 4. cap. 5.* Qui post variantes hasce  
 opiniones recensitas tutius pronunciat, priusquam ad a-  
 ctum executionis deveniatur, citationem emitte, &  
 v. c. mandare Reo, ut intra certum tempus puta triduum  
 victori restituat rem. Et hoc procul dubio tum maxime  
 procedit quando in iudicio mutatur persona sive iudicis  
 sive partis, sive in certam quantitatem reus condemna-  
 tus est. Juxta auctoritates quam plurimas laudatas ei-  
 dem *Salgad. dict. loc. num. 9.* quo & facit doctrina *Gail. 1. obs.*  
*113. circa fin.*

T H E S. XXXI.

Temporis quoque ratio habenda. Non saltem hæc  
 mus ut diebus feriatis executio non fiat *per l. ult. C. de fer. vid.*  
*Anton. Faber. in Codic. lib. 7. tit. 20. de in. 50. Klock. Tom. 2.*  
*cons. 99. num. 27. Boer. cl. 6. disp. 16. th. 29. Vmm d. disp. ult. n. 17.*  
 Nisi litigantes feriis humanis (divinis enim non possunt)  
 renunciaverint *arg. l. 1. §. 1. & l. 6. ff. de fer. vel periculum in*  
*mora sit. Et si enim d. l. ult. C. de fer. executionem simplici-*  
*ter veter die dominica fieri, aspernari tamen tempera-*



mentum non videtur. Quid enim si debitor eo ipso die fugam adoret, annon æquum eum retinere, ne sententiam eludat? Annon vigilare licebit, ne quod debitum per illius fugam nobis auferatur. *Vid. omnino Anton. & Matth. in tr. de Auction. lib. I. cap. 6. num. 22. Addition. in not. ad Bald. Perusin. in Tr. de carcer. cap. 1. num. 6. Colleg. Argent. lib. 42. tit. 1. §. 96.* Sed quoque ut spatium indulgeatur condemnato, intra quod pareat, ubi tamen iterum distinguendum, num in rem, num in personam actum fuerit. Si in rem, hæcque extat, restitutio statim facienda aut executio expedienda *l. 68. ff. de Rei vindic. §. Etsi in rem Inst. de offic. judic.* si in personam, quoad jus justinianicum novissimum terminus est quatuor mensium, quo elapso etiam usuræ sortis centesimæ debentur *l. 2. & ult. C. de usur. Rei judic.* At olim secus erat. Primus enim terminus, qui lege XII. Tabular. definitus, 30 dierum fuit teste *Gell. lib. 20. Noct. Attic.* qui verba legis sic esse opinatur: *Æris confessi rebusque jure judicatis triginta justi dies sunt.* Atque 30. hosce dies justos dicit Lex XII. tabul. velut quoddam justitium i. e. juris inter eos quasi interstitutionem quandam & cessionem, uti interpretatur ipse *Gell. cit. loc.* Eodemque sensu *Vultej. lib. 3. de judic. cap. 13. num. 79. & 80. & Oldentorp.* eos interpretatur legitimos quasi lege sive jure concessos debitoribus post condemnationem, ut interim adversus eos nihil agere liceat. Cujus tam termini dies postea duplicati fuerunt ita ut iudicatio faciendo dies essent 60. vel menses duo. Quando autem & à quo hi dies aucti sint, & quid circa illos obtinuerit, de eo consulatur. *Vultej. cit. cap. num. 85. & seqq.* Terminum autem hunc duplicatis denique 60. diebus, ut essent 120. dies i. e. quatuor menses,

Impe-



Imperator Justinianus sancivit atque constituit, in *l. ult. C. de usur. Rei judic.* Et hoc jus. *Vultej. d. loc. appellat novissimum.* Datum verò id omne ut *Papinianus* scripsit in *l. 16. §. fin. ff. de compensat. humanitati*, appellaturque tempus judicati: vel quod judicatis i. e. condemnatis detur, vel quod detur judicato faciendo i. e. solvendo quod judicatum est. *l. 7. & l. 29. ff. de Re judic. l. si debitoris ff. de judic. & d. l. fin. Vultej. cit. cap. 13. num. 77. & multis seqq. Frider. Mindan. lib 2. de Proc. cap. 75. num. 14. & 15. Berlich. p. 1. concl. 81. num. 15. Coler. d. p. 3. cap. 6. num. 2. & seqq. Carpz. d. const. 32. de fin. 5. Vmm. d. disp. ult. num. 17.* Neque in arbitrio judicis est id abbreviare, cum sit à lege. Est enim boni judicis secundum leges & constitutiones judicare *pr. Inst. de offic. judic. C. indultum X. de Regul. jur.* nec ex arbitrio capitis sui quid facere *c. judicet 3. quest. 7.* Adeo ut si secus factum, liceat ab eo appellare *arg. l. 5. C. quor. appell. non recip.* Nisi æquitas vel litis qualitas vel conditio victi aliud suadeat *per text. in c. quoad consultationem 15. X. de jud. l. 2. ff. de Re judic. conf. Berlich. p. 1. concl. 81. num. 20. & 21. Coler. d. p. 3. cap. 6. num. 8. & seqq. Bocer. d. disp. 36. thes. 27. ut, si alimenta præstanda sint *dict. l. 2.* vel si minori subveniendum sit *dict. l. 2.* propter favorem ætatis, vel si causa cum utilitate publica conjuncta, uti dotis repetitio *arg. l. 1. ff. solut. matrim.* vel si condemnatus præstandæ rei facultatem habeat, & victor paupertate prematur *d. l. 2. & 31. ff. de Re judic.* vel si quis ex maleficio aut dolo aut contumacia condemnatus fuerit. Fallit præterea in iis personalibus judiciis in quibus rei possessionem avocamus, ut commo-  
dati, depositi, & similibus. *Vid. Anton. Matth. d. disput. 13. th. 2. Vultej. d. cap. 13. num. 95. & 6. Vmm. d. num. 17. Berlich. d. concl. 81. num. 21. Coler. . abeg. cap. 6. num. 10. & seqq. Bocer. d. disput.**



36. hb. 25. & seqq. Ast notandum tempus hoc iudicati quod in Camera Spirensi nunc est Sex Septimanarum & trium dierum, uti & in foro Saxonico *Petr. Fridr. Mindan. lib. 2. cap. 65. num. 20. Hiltrop. lib. 4. Process. jud. tit. 18. num. 56. Anton. Winder. in Assessor. sive consil. judic. p. 2. cap. 3. num. 119. Addition. in not. ad Colleg. Argentor. cit. loc.* multis in iudiciis hodie non observari nec certum tempus, quo differatur executio, constitutum esse, unde quoque illud cum *Gudelino de jur. Noviss. 2. 14.* arbitrio iudicis relinquimus.

## T H E S. XXXII.

Modus autem exequendi de jure Justiniano non unus vel enim fit manu militari, vel captis pignoribus, vel missione in possessionem, vel carcere : Manu militari fit, quando quis rem certam sive corpus restituere iussus, non paret iudici, cum possit. *l. 68. ff. de R. V.* Manus autem militaris duplex non castrensis. Quo refertur manus apparitorum, viatorum magistratum, qui & officiales, per quos decreta executioni mandantur *l. ult. §. ult. ff. quod met. caus. gest. l. ult. ff. de judic. l. 5. ff. de eviction.* Deinde castrensis, de qua *in l. 1. C. de offic. judic. milit.* Et si verò hæc posterior ad usum privatam converti non debeat *per modo allegat. l. 1.* Attamen cum in executione sententiæ non tam privata quam publica versetur utilitas, quod doctè persequitur. *Herald. de Rev. judicat. author. lib. 1. cap. 1. & facit. l. 65. §. 2. ff. ad Sc. Trebell. id huc nō pertinere per se patet. Vid. Donell. comm. 20. cap. 6. ibiq. Hillig. in annot. lit. G. Colleg. Argentor. Sapius cit. §. 96.*

## T H E S. XXXIII.

Pignora capiuntur, quando quis quantitatem solvere iussus, intra certum tempus non paret *l. 4. l. 15. ff. de Rejudi-*



*Re iudicata* ubi simul præscribitur ordo, qui in hac exe-  
quendi ratione servandus. Nempe ut I. mobiles. II. im-  
mobiles. III. jura & nomina capiantur. *Vid. Zas. ad ff. lib. 42. tit. 1. num. 148. Rosbach. tit. 79. Proc. judic. civil. num. 11.* Di-  
sceptatur verò; Num hunc ordinem executor postulan-  
te victore negligere possit? *Quod negant Afflict. Parlador.*  
& alii asserentes ordinem hunc de forma substantiali exe-  
cutionis esse, ita ut omissio ejus seu præposteratio inducat  
nullitatem. Alii distinguunt inter judicem ordinarium  
ipsummet exequentem & inter executores delegatum,  
ut *Salgado de Protect. Reg. p. 4. cap. 3. num. 104. & seqq.* Mihi  
sententia affirmantium placet argumento eorum, quæ di-  
sputat *Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 23. th. ult. lit. G.* cui jungi  
possunt *Coler. de Process. Exec. p. 3. cap. 9. num. 23. 31. & 32. Ber-  
lich. p. 1. concl. pract. 81. num. 49. Colleg. Argent. d. §. 26.*

T H E S. XXXIV.

Num verò decretum primum & decretum secun-  
dum in hoc exequendi modo, quoties ille instituendus,  
locum habeant, inter Dd. controvertitur? Placet tamen  
mihi sententiam affirmativam tanquam veriore hinc de-  
fendere. Nam ubi immissio fit rei servandæ causa, ibi ob-  
tinere decretum primum, fortasse nemo est, qui ambigit  
*ob text. express. in l. 7. §. 17. & seq. l. 12 ff. Ex quib. caus. in possess.*  
*l. 15. §. 16. ff. de damn. infect. l. 3. ff. Ne vis fiat ei, qui in poss. l. in*  
*possessionem C. de bon. auctor. judic. cap. ult. §. ult. X. ut lit. non*  
*contest. & tot. tit. X. de eo qui mittitur in possess. rei serv.* At pri-  
mam illam immisionem, quam non male appellare pos-  
ses primum actum executionis, utpote, qui præcedit sub-  
hastationem, fieri tantum rei & judicati servandi causa,  
satis probant *l. 2. & 3. C. qui pot. in pign.* Accedit & huc 2.  
Quod



Quod per primum actum executionis ipsam subhastationem precedentem tantum constituatur prætorium pignus in specie sic dictum, circa quod introducendum primum versatur decretum : Nihil enim aliud creditori tam per hoc, quam per prætorium pignus, in specie sic dictum, tribuitur, quàm nuda detentio & jus rei servandæ & custodiendæ, *l. 12. ff. quib. ex caus. in poss. l. 3. §. ult. ff. de Acquir. vel amitt. poss. l. 15. §. 20. & 21. ff. de damn. infect. l. 3. §. 8. ff. uti possid.* Quod autem istud pignus, sit pignus, prætorium in specie sic dictum ; satis innuit primum actum executionis subsequens subhastatio, per quam Judex decretum secundum interponit (interponit enim quandoque Judex secundum decretum per venditionem *l. 7. in pr. ff. Ex quib. caus. in poss. l. cā proponas l. pro debito C. de bon. auth. judic. possid.* quandoque etiam sine venditione) si quidem frustra hæc post duos menses à tempore pignorum captorum institueretur, & datio in solutum exerceretur, quando nullus invenitur emptor, si jam vere possideret. Nec non 3. pro nostra sententia fortissime militat *l. 1. C. si in caus. judic. pign. cap. l. 1. ff. Quib. ex caus. in possess. eat.* ubi particula *Fere* nobis indicat non omnes species immisionis in hac lege esse enumeratas. Vel etiam dici poterit. Quod sub vocabulo *Rei*, (quod aliàs latissime patet *Vid. l. 23. ff. de verbor. signif. & ad eam Wegner. in comm. ad Tit. d. V. S.*) debitum, quod exequendum venit, comprehendatur. Uti & vocabulum hoc ita explicat *Zoës. in pag. tit. 4. lib. 42.* Quod autem decretum secundum in hoc exequendi modo obtineat, subsequens tractatio de subhastatione nos edocet. *Confer. Menoch. remed. 3. Retin. poss. num. 226. Bachov. ad Trentl. vol. 2, disput. 18. th. 6. lit. A. vers. Quid si in executione.*  
*Salis.*



*Salic. in l. ordo C. de Execut. Rei judic. Vltrej. de judic. lib. 3. cap. 13. num. 203.*

**T H E S. XXXV.**

Cæterum inter ea, in quæ exequendi facultatem restrictam ac non nisi in subsidium fieri voluere leges [ uti sunt pecora stercoreationis causa comparata : item boves, equi aratorii, cœteraque rei rusticæ & aliorum opificum instrumenta : Lecti cœteraque suppellectilia ad usum quotidianum necessaria & quæ similia larga exponuntur manu à *Coler. p. 2. Process. Execut. cap. 3. num. 186. 7. 8. 9. & 20. Berlich. p. 1. concl. 80. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quest. cens. 4. cas. 378. per tot. ] numerantur quoque statuae, quæ debitori honoris causa in publico positæ sunt l. 29. ff. de Reb. auctor. judic. possid. Hinc Anton. Matth. in Tract. de Auct. d. c. 6. infert. cum hodie nemini in publico ponantur nisi magnatibus ad debitores pictam imaginem transferri posse, ne eâ careat posteritas. Nobis non idem videtur, cum & statuae ad ornamentum civitatis spectarint & incitamentum præclarorum facinorum, per quæ alii simile gloriæ genus obtinuerunt l. ult. C. de stat. & imagin. & Mornac. ad l. 1. cod. Quanquam etiam si sententia ejus prævaleret, exiguum ad victorem inde redundaret commodum.*

**T H E S. XXXVI.**

Illud constat feudalia bona capi & in illa immisionem fieri non posse nisi in subsidium, & tum quidem non nisi in fructus & commoditates eorum, non vero in dominium utile, multo minus directum *Gail. 1. obs. 117. adâ. supra tb. 24. Colleg. Argentor. alleg. lib. 42. tit. 1. § 91. Besold. in delibat. ad libr. 20 quest. 2. Dn. Richter. in Centur. Reg. 29 n. 10. ubi hanc sententiam etiam præjudicio confirmat. Quod*

**F**

**Stamen**



Si tamen dominus feudi consenserit sive ab initio tempore nempe contracti nominis, sive ex post facto tempore executionis, quin etiam in dominium utile hæc effectui dari possit non dubitandum *Berlich. p. 1. concl. pract. 82. n. 18. Dn. Carpzov. p. 1. jurisp. For. Saxonie. constit. 32. defin. 25. n. 7.* Idemque de agnatis statuendum, cæteroquin horum causa salva manet, nec immissio diutius operatur, quam debitor vasallus cum suis feudi capacibus superstes fuerit. His enim deficientibus redit feudum ad agnatos *Berlich. cit. loc. n. 40. Carpz. d. loc. defin. 26.*

## T H E S. XXXVII.

Sanè si ex debito contracto feudi utilitas aucta, immissio quoque in illud locum habere, seu capi poterit. *Gail. 1. obs. 117. num. 2.* Non tamen opus est ut nominatim ad impendendum in utilitatem feudi contractum sit debitum, uti vult *Schrader. p. 7. feud. cap. 7. num. 48.* Quinimo sufficit pecuniam in rei feudalis e. g. refectionem ædium expensam esse: versionis tamè probatio illi incumbit, qui ista ex feudo vult solvi. Confer. post alios à se citatos *Dn. Struv. in Syntagm. jur. feud. disp. 14. th. 6. & seq.* Notandum tamen hic quod regulæ, columnæ, fenestræ & similia ædibus juncta capi in causam executionis non possint, etiam si ex aliis bonis creditoribus non satisfiat, nisi ædes dirutæ. Ne urbs deformetur. Confer. *Johann. Mar. Novar. de Gravam. Vasall. Grav. 337. Parlador. Rer. Quotid. lib. 2. p. 5. cap. fin. §. 3. num. 25.*

## T H E S. XXXVIII.

Parratio est beneficiorum Ecclesiasticorum in quæ ob debita clericorum fieri non potest immissio *cap. 15. c. 38. X. de Simon.* Sed saltem in eorum fructus c. pervenit *X. de fidejussor.*



*fidejussor: ibique canonista: Addatur omnino Author præjudic. Cameral. apud. Gylman.: tom. 3. Symphor. rubr. Executio item bonorum per fideicommissum restitutioni obnoxiorum l. 3. §. 2. & seq. C. comm. de legat.: Quandoque plane non admittitur, nimirum in causis restitutionis in integrum, in causis status, in causis legis diffamari, in causis injuriarum, quibus ad revocationem sive palinodiam agitur, in causis matrimonialibus & causis finium regundorum Prout statuit Dn. Vultei. de judic. lib. 2. c. 6. n. 222. & seqq.*

T H E S. XXXIX.

Sicubi verò capta pignora vel immissio facta, atque victus creditores frustrari pergat, devenitur tam ad mobilem quam immobilium (nomina enim actiones & jura, cum certum pretium habeant, non substantur. *vid. Berlich. Concl. 81. p. 1. n. 239.*) distractionem. *Coler. cit. tr. p. 3. c. 9. Berlich: modo allegat. conclus. n. 85. & 119. & seqq. Carpzov. p. 1. Spr. For. Saxon. Constit. 32. defin. 33. 34. & seqq. & lib. 4. Resp. Elector. tit. 1. Resp. 4. Bocer. Class. 6. disp. 36. rh. 29.* Quæ tamen distractio non prius quam post duos menses fieri debet à tempore capti pignoris *l. 31 ff de Re Judic. Vmm. disput. ult. Process. Judic. n. 22. Vultei lib. 3. de Judic. c. 13. n. 87. Bocer. cit. loc. Colleg. Argentor. lib. 42. Tit. 1. §. 97.* Nisi intra hoc temporis spatium partes de valore rerum pignori captarum convenerint, & creditor illas simpliciter ac sine protestatione & non determinatâ quantitate in solutum acceperit, ac debitor illas eodem modo dimiserit, quo casu unus ab alio ulterius quid nec petere nec de læsione conqueri potest, sed

F 2

de toto



de toto debito inter se transigisse videntur partes. *Coler. d. p. 3. c. 9. n. 55. & seqq. Berlich. p. 1. conclus. pr. 81. n. 118. & seqq.* Ut autem hæc distractio ritè facta intelligatur, requiritur. (1) ut fiat autoritate Magistratus *l. 4. C. qui bon ced poss. l. 4. C. de bon author. judic. &c.* Et quidem in loco ubi reus forum habet, vel ratione domicilii vel ratione contractus *l. 1. 2. & 3. ff. de Rebus author jud. 2.* Ut fiat præcedente subhastatione. Quæ si omissa fuerit, atque debitores gravatos se existimaverint, rescissa venditione bona vendita cum fructibus recipere poterunt. *l. 2. C. de fid. & jur. hast. l. 2. C. Si propt. pens. public.* Est enim utilis tam victo ac condemnato, quàm victori, illi quidem ne ex taxatione viliori lædatur. Huic verò ut eò facilius res pignori capta distrahatur, emptorq; invēiatur. *Coler. d. c. 9. n. 107. & 108. 3.* Ut remaneat res plus offerenti. *Auth. Hæc jus porrectum C. de S. S. Eccles.* Ast si plures æquale pretium offerant, præferantur illi, qui sunt creditores cognati q; simul. Quod si alii sint creditores, alii cognati, alii extranei: Tum præferuntur creditores, sequuntur cognati, omnibus verò postponuntur extranei *l. 16. ff. de Reb. author. judic. possid. vid. Bacchov ad Tr. vol. 2. disput. 26. th. 6. lit. B.* Et verò tenendum, quod creditor hïc non minus offerre ac licitari possit, ac quilibet extraneus *l. 2. C. Si in caus. judic.* Et quod si res licitatore non inveniatur, victori pro rata debiti perpetuo jure domini addicatur. *auth. Hoc nisi debitor C. de solut l. 15. §. 3. ff. de Re judic. Berlich p. 1. concl. 81. n. 185. Bocer. cit. disp. 36. th. 29.* Sollemnis autem hujus distractionis is notabilis præterea perhibetur effectus, ut sub prætextu læsionis rescindi



rescindi non possit. 2. l. 5. C. de fid. & jur. hast. l. 8. C. de remiss. pignor. l. 1. C. de prad. decur. vid. Berlich. p. 1. decis. Ansv. rear. decis. 126. per tot. Nec reuisioni locus relinquatur l. 16. C. de resc. vendit. l. ult. C. si propt. pens. publ. & d. l. 8. C. de Remiss. pignor. adde Carpz. d. Const. 32. de fin. 34. Colleg. Argentor. cit. loc. §. 97.

THESIS XL.

Sanè Clariss. quidam Vir in Tract. de Levam. Debitor. c. 4. sect. 10. n. 13. & c. 8. n. 8. putat injurium esse hodie ad subhastationes decurrere, & potius per astimationes æquas inter debitores & creditores componi debere in solutum dationem. Ea de ratione, quòd, cum præteritorum temporum calamitas exhausterit omnium loculos, vix sint qui emanant aut pretium par rebus expendere velint, propter magna onera, quæ bonis inhaerent, & reparationis molestias magna captent lucra, sicq; valde grævedebitoribus accedat incommodum, quod pro vilis quantitate sua exponere & deserere cogantur: Pro qua sententia præterea adducit l. 16. C. de Rescind. vendit. Quemadmodum verò legem hanc minus pertinenter adduci cuius primo intuitu discernere facile: Cum per illam nihil nisi fraus & dolus prohibeatur. Ita ex adverso liquet dationem in solutum aliter locum non habere, quod tamen pace tanti viri dixerimus, quàm si res emptorem non inveniunt. Nov. 8. c. fin. Auth. Hoc nisi debitor. C. de solut. vid. ipse Auth. or. c. 4. sect. 13 n. 1 & seqq. Quo pacto namque hoc proscriptiois jus illi salva æquitate adimi, atque quod nullus alius nisi pretio iuxta rerum temporumque conditionem æquabili comparare vellet,



ille ut accipiat, cogi possit, non appareat. Si debitori consulendum ex æquitate, id tamen ita faciendum est, ut non distrahatur ab alterius justiore petitione, si egenæ tempestas, rerumq; onera faciunt, ut verum pretium sperare non liceat, cur non æquè in persona creditoris locum inveniat, hicq; alteri suo detrimento benefacere cogetur. Cùm tamen non minor creditoris quàm debitoris ratio habenda. *Vid. Zorer. In seinem Recht. Bedenken. p. 1. quest. 5. num. 432. Magnif. Dn. Pras in prefat. Tract. de Alter. Tant. pag. mih. 8. & 9.* Et debitoribus quidem humanitas debeatur, sed creditoribus charitas & justitia simul. *Add. Ivo Renat. in Patrocin. Pauper. n. 3. 111. & seqq.*

#### T H E S. XLI.

Equidem in Recessu novissimo de Anno 1654. S. So viel nun/reperio hoc quoque beneficium debitoribus de pauperatis concessum hisce verbis : Oder auff den Fall er viertens bey diesen Geld-Klemmen Zeiten/ keine paare Mittel hätte/noch erlangen könnte/durch dargebung anderer beweg und unbeweglicher Güter/an statt paarer Bezahlung (jedoch daß dem Creditori die Wahl nach besagter Rechten frey stehe) auff deroselben vorhergende zwischen dem vorigen und gegenwertigen Zeiten/ auff das Mittel gestellte billiche Schakung abzulegen der Creditor aber solche anzunehmen schuldig seyn. At non reperio subhastationem indistinctè sublatam, quin illud potius constitutum, primò creditoris debitorisque fortunas sortemque expendi debere. Reperio secundò dationem in solutum recusare non posse creditorem, sed æstimationem juxta antiquum simul ac modernum tempus ineundam esse, relicta libertate eligendi, quæ



quæ de jure communi competit. Versandum itaque erit in hac re modo, ut non minus indemnus servetur creditor ac debitor. Id quod tanto magis custodiendum, quanto magis id omne à juris dictamine abire videtur, quod in contrarium sancitum est.

T H E S. XLII.

Ultimus modus est *carcer*. Non enim iudex progredi ad hunc debet nisi in subsidium, & si aliunde ex bonis satis fieri nequeat creditori. *Anton. Faber in Cod. suo de execut. Rei judic. de fin. 5.* Quem etsi usus plerarumque gentium valde probet, valde tamen dubitatur; Num Justiniani ævo indistinctè obtinuerit, ita ut quilibet debitor, qui non solvendo fuit, incarcerari potuerit? Quod affirmamus. Quippe quod aliàs frustra ipsa bonorum cessio observata fuisset, cujus ope tamen cedentes bonis à carcere tuti fuissent. Tum etiam, quòd alias mulieribus, Doctoribus, pupillis privilegium de non incarcerando pro debito civili frustra concessum fuisset. Et faciunt denique huc *l. 1. & ult. C. qui bon. ceder. poss.* Unde nunc cessare videntur leges, quæ à Patronis contrarium defendentibus adducuntur, uti *l. 12. C. de obligat. & Action.* Ubi Imperator Dioclet. scribit: *Jura non pati quenquam ob es alienum servire.* Resp. enim malè ac impertinenter eam legem hîc adduci: Cum illud ex hac lege tantum probare liceat: Quod nemo cogi debeat pro debito civili servilia ministeria præstare vel servitutem; de quo nos jam non loquimur. *Vid. Hotromann. illustr. quest. 26. 2. l. 2. C. de Exact. Tribut.* Verum enim vero loquitur hæc specialiter & exceptionem in se continet. Quod scilicet tantum is, qui tributa solvere non possit, non carcere, sed custodia libera militari contineatur. Et  
talc



tale simile olim Lyeurgum apud Laedæmonios consti-  
 tuisse, quod videlicet nemo ob vectigalia non soluta in  
 carcerem detrudi debeat ac liberasse Xenocratem eam  
 ob causam carceribus inclusum & publicanum in eos  
 coniecisse testatur *Klock ex Plutarcho cap. 18. num. 113. de  
 Contribut.* Ubi quoque post multos à se citatos *num. 111.*  
 nos docet hunc esse verum & genuinum sensum *d. l. 2.*  
 Siquidem nimis invidiosum est; ita collectis & tributis  
 subditos onerare, ut vel bonis cedere vel poenam car-  
 ceris subire debeant. *Confer. Klock. loc. cit. Bachov. ad Tr.  
 vol. 2. disput. 24. th. 4. lit. C.* Non obstat denique *Nov.  
 135.* Quà novissimè constitutum videtur, quod nemo  
 cogatur bonis cedere, unde colligi posse videtur, quòd  
 multò minùs incarcerari quis possit. Verùm cum de  
 autoritate hujus Novellæ dubitetur, & alii omnem ip-  
 si derogent autoritatem. *vid. Bachov. ad Tr. cit. loc. lit. B.  
 Magnif. Dn. Pras. in Tr. de Alter. Tant. in prefat pag. mih. 4.  
 Dn. Hahn. in observ. ad Wesembec. lib. 42. tit. 3. num. 5. Petr.  
 Gudel. n. de jur. Noviss. lib. 4. cap. 16. num. 53.* minus fir-  
 mum ex ea deducitur argumentum.

T H E S. XLIII.

Aliter tamen sentimus de asserto *Anton. Fabr. in  
 Cod. suo lib. 7. tit. 6. defn. 5,* quod invaluerit ex inveterata  
 & apud omnes gentes receptissima consuetudine, ut  
 corpus suum obligare pignori quilibet possit. Eiusque  
 obligationis effectus, ut debitor perinde ac alia res  
 obligata capiatur etiam nullo servato ordine. Simile  
 quippe obligationis genus in Imperio, nisi ubi peculi-  
 ari consuetudine seu statuto aliud introductum, invali-  
 dum esse verius est. *Vid. Parens meus p. m. Exercit. juris.  
 th. 14.*



*lib. 14. Bachov. ad Treutl. vol 2. disput. 28. lib. 4. lit. F. Siehmann.*  
*in Nucl. ff. paratit. lib. 46. tit. 1. Plane obstagia, quæ speciem*  
*carceris statuit Gail. 2. obs. 45. publica lege in Imperio in-*  
*terdicta esse in confesso est. Quanquam id non tam ex ca-*  
*ratione factum putemus, quod ad carcerem se obligare*  
*quis non possit, quàm potius propter abusum, qui inter-*  
*venit, prout ipsi Legislatores innuunt in Constitutione, Po-*  
*litic. de Ann. 1577. tit. von wucherlichen Contracten. S. wies*  
*wohl auch. Si enim unicam manendi necessitatem exce-*  
*peris, in reliquis sane nihil plane cum carcere commune*  
*habent obstagia. Vid. Speidel. in Notab. voc. Leistung. Hunc e-*  
*verò modum pertimescere non debent, qui vel bonis ce-*  
*dere parati. l. 1. C. qui bon. ced. poss. vel tales, qui saltem te-*  
*nentur, in quantum facere possunt. Cùm enim hi non*  
*teneantur cedere, multò minùs in carcerem trudi pos-*  
*sunt. In hoc autem numero sunt Parentes, Patroni, Fra-*  
*tres, Maritus, Uxor, Socer de dote conventus, Donator,*  
*Miles, Socius l. 16. & seqq. ff. de Re judic. S. sunt praterea Infit.*  
*de Action. Quibus ab aliis adduntur nobiles atque Do-*  
*ctores, nullo tamen argumento, in quo tutò acquiescere*  
*possimus. Et nimis frigidum, quo Walther. in Tr. de*  
*jur. & Privileg. Doctor. cap. 16. quæstionem, an id quoque*  
*non minus de Doctoribus Theologiæ & Medicinæ quàm*  
*juris asseri debeat? Decidendo concludit: Inquiens.*  
*Hoc presertim tempore Doctoribus omnibus communis est pau-*  
*peritas, cui nemo invidet. E. Exceptionem quoque competentia,*  
*qua paupertatis est privilegium, communem esse facile concedi*  
*potest. Neque enim hujus rei causam paupertatem esse,*  
*nemini non perspectum est. Et sic quivis tandem privile-*  
*gio gauderet, quod à juris ratione alienum. Vid. Bachov.*

G

ad Tr.



*ad Treutl. vol. 2. disp. 24. th. 4. lit. H.* Si tamen illud Magnatibus ut & Doctoribus tribuendum; illud sane magis vi alicujus consuetudinis quàm juris scripti asserendum veniret; prout post Covarruv. & alios bene animadvertit Salgad. in *Labyrinth. Concurr. Credit. p. I. cap. 24. n. 41. 52. & seqq.*

T H E S. XLIV.

Coeterum qui hoc beneficio competentiae pollent vel gaudere volunt, illos necessaria tantum ad victum retinere posse, nihil verò ad luxum & pompam faciens, ut facile concedimus, ita ex adverso dictum durum habenti officium aut callenti artificium, ex quo vivere queat, posse auferri omnia bona prout vult. *Ivo Renat. in suo patroc. num. 218.* Cùm enim id privilegium pro ratione partim habeat venerationem personarum, partim conjunctionem sanguinis, partim beneficiorum magnitudinem, cordatus Judex importunum creditorem talia poscentem, per quæ illa non possunt non violari, nunquam propitiis auribus audiet. An verò determinanda alimenta eo modo, quo ipse vult *ibid. num. 125.* hisce verbis: Diese alimente oder Leibs-Nahrung und Notturfft sollen gar einz gezogen und mäßig seyn/also daß sich der Schuldner darbey betragen könne/wan gleich sonst sein Adel oder Herrstand ein mehrer Pomperforderte / dann sich nicht geziemen will/ daß die Justitia von Prachts wegen violiret oder gegen jemand die Schuldigkeit unterlassen werde / bevorab wann der Gläubiger selbst in Noth und Mangel begrieffen / ne cum ebrius unus, alter esuriat. Dieses mit Exempeln nach jedes Stand zu erklären. Soll der Baur für sein Speiß nehmen schwarzes Brod/Zwiblen/Räsh und Bonen. *Tiraquel. de Nobil. cap. 20. num. 142.* Der Doctor und Edelman sollen sich eis



sich eines Pferdes und eines Dieners brauchen / und wann er will / mag er auch eine güldene Kette von 200. Cronen werth für seines Leibs Zierd behalten per ea, que deducit *D. Mantz. in patroc. deb. dec. 3. quast. 4. num. 142 & seqq.* von dem übrigen aber soll er seine Schulden und Zins abrichten / wann er schon sich / Weib und Kinder nicht in alle neue Allamodische Formen bekleiden / und seine Söhne / daß sie springen und tanzen lernen / in frembden Länder verschicken kan. Alii viderint.

T H E S. XLV.

Cum autem uti dictum Parentes in tantum saltem conveniantur, in quantum facere possunt, nec cogantur, ut cedant, facilis hinc decisio quæstionis: Utrum si mulier tutrix aut curatrix filiorum vel nepotum renunciaverit (ut leges jubent) Scto Vellejano aliisque in jure mulieribus concessis privilegiis, postea debetrix facta tutelæ vel curæ, nec solvere queat, an detrudi possit in carcerem? Quanquam enim extra dubium sit, renunciatum sic quoque esse beneficio, quod aliâs mulieres habent, quod pro debito civili incarcerari nequeant *l. 1. C. de offic. divers. judic. Nov. 134. cap. 9.* Non tamen renunciatum ei, quod habet, ut parens, & si id factum, renunciatio tamen tanquam bonis moribus adversa, effectu carere deberet, *l. 14. §. 1. ff. solut. Matrimon. Confer. Molin. de just. & jur. tom. 2. tr. 2. disput. 571. Francisc. Balthasar. Tit. 5. Resolut. Practic. resolut. 3. num. 14.*

T H E S. XLVI.

An verò ultra carcerem pro judicato exequendo in causa civili ad pœnam aliquam corporalem judex progredi possit, quæritur? Negat *Hottomann. Illust. quæstion. 26.*

G 2

Quippe



Quippe quod regula; *Qui non habet in are, lvas in corpore.* In delictis tantum locum habeat. Et verò videtur crudelis & inhumana Christianæq; pietati inimica acerbitas in debitoris corpus nulla utilitatis aut solutionis spe, nullo miserationis humanæ respectu, sævire velle. Verum quemadmodum in vitam hinc quid statui non posse veriùs putem. Non apparet tamen, cur in improbos rei suæ & alienæ decoctores corporali aliqua pœna animadverti non possit, qui dolo judicato satisfacere nequeunt, aut qui alias beneficiis cessionis bonorum & competentix non gaudent, ne alii inopiæ confidentia ad similia invitentur. Et quid à misericordia alienum, si quis V. C. bona sua profuso sumptu decoxit, atque pecuniam forsàn à viduis & pupillis mutuo acceptam non fortunæ vitio amisit, sed in ganeas, scorta aliaq; luxus instrumenta impendit, cum pœnam luere? An hic favorabilis existimetur? Confer. *Ann. Robert. Rer. judic. lib. 2. cap. 15.*

T H E S. XLVII.

Et hæc de iis, quæ de modo executionis jus Justinianæum observandæ dicitur. Quod cum sic nihil jubeat, quam quod rationi & æquitati conveniens ut deducit *Anton. Matth. in Tr. de Auction. cap. 6.* merito servatur. Id quod de Imperio nostro Romano-Germanico nullum planè dubium recipit. *O. C. p. 1. tit. 13, in pr. & S. 1. p. 3. tit. 54.* Adde *Nobiliss. Dn. Pref. de Regimine Imperiæ. Eccles. in pæfat.* Neque vero & aliarum regionum ac provinciarum mores longè ab eo recedunt, uti passim de iis Authores testantur. Quanquam in illis quædam aliter servari constet, Sicuti & in provinciis Imperii alia præterea

terea



terea recepta esse rectèque servari non negemus. De jure Saxonico videri poterunt ejus Interpretes. De Austria jure provinciali *Johann. Baptist. Sutting. in Observ. Pract. 103. 106. & seqq.* Ubi illud diligenter custodiendum esse monet, quod ubi executioni res mandanda est semper loci executionis consuetudo observetur. *Vide Mornac. ad l. 34. ff. de LL. Vultej. lib. 3. c. 13. n. 50.* Ex quo principio nunc facile solvi poterit quaestio illa: An instrumenta, quæ vigore statuti in alio loco paratam habent executionem, si coram aliquo iudice, ubi tale statutum non viget, sed jus commune observatur, producantur, paratam mereantur executionem? Praesertim, quia tale statutum pro tali non potest haberi quod litis decisionem, sed quod potius ordinationem processus concernit. Quo in casu iudex requisitus servat circa processum consuetudinem curiæ suæ. *Coler. de Proc. Exec. p. 1. c. 3. n. 211. & 221. & seqq. Berlich. pr. concl. p. 1. c. 81. n. 59. Schurff. centur. 4. consil. 33. num. 5. Sand. in Decis. Fris. Tit. 12. defn. 5.* ubi & hanc nostram sententiam præjudicio confirmat. Nos hac vice strictè persequemur, quæ in judiciis duobus *Imperiali Aulico & Camera* observentur

T H E S. XLIX.

Judicium Imperiale Aulicum præpono cum *Authore Comitolog. Ratisbon. p. 4. diss. 9. n. 96. p. m. 283.* ita scribente: *Dannhero ist der Kayserlicher Reichs-Hoffs Rath der Erste / von alters her der ansehnlichste unter allen Gerichten / so je im Römischen Reich teutscher Nation gewesen und noch sindt.* Quam sententiam *Wehner.* quoq; confirmare videtur *in observ. suis pract. sub voc. Rotweis*



lisch Hoffgerichte, ita inquires: *Judicium Rotwilense das  
 Kayserlich Hoffgericht zu Rotweil Anno Christi instituit  
 1146. Conradus Suevia Dux cum post Lotharium Saxonem  
 Romanorum Rex creatus esset, ut in suo dimenso circulo ac di-  
 strictu Rotwilano im Rotweilische gezeick jurisdictionem ex-  
 erceat, & ab Imperatoria Aula & Consistorio proximum esset.  
 Cui tamen precellentia postea Maximilianus Imperator deroga-  
 vit, & Cameram Spirensis ei preposuit. Ita, ut hodie post  
 Aulam Casaris proximus locus Camera, & tertius Dicasterio  
 Rotvil. debeatur. Non quod splendori Camerae Impe-  
 rialis quicquam derogatum velim. Sed quod res ipsa lo-  
 quitur jurisdictione illius latiore esse. Ut enim non di-  
 cam, quod in judicio aulico etiam disceptentur causae feu-  
 dorum Regalium, item quod causae Italicae ad illud tan-  
 tum pertineant, quorum utrumque ad nauseam usque apud  
 Compilatores juris Publici inculcatur. Constat quod  
 illud integros processus deleget! Secus atque Camera,  
 quae tantum actus quosdam judicii particulares delega-  
 re consuevit: item quod criminales causae inter status  
 seu immediatos vertentes in eo cognoscantur, defini-  
 anturque, quodque in eo concedantur confirmationes  
 privilegiorum, venia aetatis, restitutio famae, confirma-  
 tio legitimationis liberorum, quae omnia secus se habere  
 in Camera testis est experientia. Vid. Paurmeist. lib. 2.  
 de jurisdic. cap. 6. num 25. & seqq. Klock. 1. Consil. 11 num 25.  
 & seq. Besold. in tr. posth. de jur. Publ. p. 2. cap. 2. p. m. 169. &  
 seq. Colleg. Publ. de Stat. R. Rom. vol 2. disp. 2. th. 5. lit. C. Dn.  
 Wurmb. Exerc. jur. Publ. 7. th. 19. Quid autem in hoc  
 articulo (quoad Executionem rerum judicatarum) pe-  
 culia-*



culiariter receptum vel constitutum fuerit, nō occurrit. Quæ enim à Ferdinando I. promulgata ordinatio est & apud *Freybergern in German. perturb. & Restaur. p. 2. disc. 13. extat*, de ea re mentionem nullam facit: Sicuti nec in nuperrima Divi Ferdinandi III. quicquã de ea expresse sancitum, nisi quod per omnia in quantum fieri poterit processus Cameralis observandus præcipiatur. *Vid. alleg. ordin Ferdinandi III. tit. 2. §. So wolten wir*. Et verò constat jam ante secundum tramites illius causas in hoc judicio examinatas discussasque fuisse, ceu & Ferdinandus I. in fine constitutionis suæ Cameralis ordinationis tanquam Cynosuræ mentionem facit. Eadem ergò, quæ in Camera, in hoc judicio nunc observantur, observarique debent. *Vid. Instrum. Pac. Casareo-Suecicum art. 5. v. quoad processum*. In causis verò Italicis hunc modum custodiri eruditus sum, quod quãdo sententia lata ad instantiam partis, alicui ex Vasallis Imperii, qui victo proximus illa includatur annexo mandato, ut victo insinuari faciar, terminumque congruum ad parendum præfigat, intra quem à tempore insinuationis computandum, si paritum non fuerit, sententiam, si opus, manu militari in effectum deducat. Sicuti verò in cæteris judicii partibus hæ ipsæ causæ absolutissima circumspeditione tractari solent: Ita vel maximè id fit, ubi ad executionem devenitur, quo tergiversationibus atque violentiis, quæ in illo orbe rarò desunt, omnis præscindatur occasio.

T H E S. XLIX.

In Camera res ita se habet ut quando de *Executione* quæstio incidit, is qui fuit Referens in causa, idem quæque munus sustineat in puncto executionis. Si ille absit  
vel



vel Correferens vel alii, qui relationi interfuerunt id iur-  
 beant. Præterea quod quoad partitionem hic punctus ad  
 novas pertineat. *Vid. Auctor, præjud. Camer. ap. Gylman  
 Sympher. tom. 3. voce Executio.* Processus autem hic. Sen-  
 tentiâ promulgatâ imploranti decernuntur executoria-  
 les sub certa causâ que qualitati congrua pœnâ, partim  
 victori partim fisco inferenda ad docendum de partitione  
 infra præfixum terminum. Si in termino victus partiti-  
 onem non docuerit, & executoriales reproductæ, arque  
 supplicatum pro arctioribus processibus fuerit hi decer-  
 nuntur adversus victum, ut pareat sub pœna banni cum  
 citatione ad videndum se proscribi aut deducendum cau-  
 sas, cur id fieri non debeat. Quod si inde victus non qui-  
 dem pareat, causas tamen alleget probabiles, victrici par-  
 ti respondendi in eadem vel proxima audientia jus est. Ul-  
 tra enim quicquam vel oraliter vel in scriptis agere neutri  
 parti conceditur, nisi aliud ex causa idonea videatur judi-  
 ci. Quod si causæ prolatae irrelevantes seu frivola depre-  
 hensæ, non minus ac eo casu, quo plane non paritum,  
 quam primum victus in pœnam banni cum expensis de-  
 claretur. *O. C. p. 3. tit. 48.*

## T H E S. L.

Declaratoriâ autem in Consistorio Camerae publica-  
 tâ, statim atque publicè fit denunciatio banni, uti latius  
 explicat *Gail. lib. 2. de Pac. Publ. c. 6.* ubi tum formulam de-  
 claratoriæ, tum denunciationis banni in puncto arctiorum  
 executorialium refert. Facta verò banni declaratione at-  
 que designatione, victor exhibet designationem bonorum  
 & petit immisionem in bona banniti: In qua etiam per  
 judiciale decretum immittitur. *O. C. d. tit. 48. §. Unde so-  
 alfo*



also der verlästige Theil &c. Bona autem speciatim designanda sunt, & sub cujus jurisdictione sita, an allodialia an feudalia: Quo deinde de Executoribus certò quid statuere liceat. Nam in Imperio non dantur alii executores quàm illi Magistratus, sub quorum jurisdictione bona sita sunt, ne jurisdictiones confundantur, quod fieri non debet. *Gail. 2. de Pac. Publ. cap. 17. num. 3.* Et licet de cœtero ordo præscriptus in exequendo de jure communi, de quo supra, non observetur, in executione contra bannitos tam ex delicto quàm contumacia, sed omnia eorum bona promiscuè executioni supposita, feudalium tamen plane ea ratio habetur, quam itidem in superioribus juxta dictamen juris communis assignavimus. *Vid. O. C. p. 3. tit. 48. §.* Und so also der verlästigte Theil. in fin. *Gail. cit. proxime loco.*

## T H E S. LI.

Magistratibus autem Executoribus deputatis sub pœna pecuniaria cum clausula tamen justificatoria injungitur, ut intra tempus judicati, quod juxta stylum Camerae est sex septimanarum & trium dierum immissionem in bona sibi subiecta faciant, immissum quæ tueantur atque intra mensem Camera certiore reddere debent, num parere velint vel non. *d. tit. 48. §.* Es soll auch dieselbe Obrigkeith. Quod si facere neglexerint in pœnam mandato insertam declarantur & ad instantiam actoris contra eos ulteriores processus decernuntur scil. sub pœna banni, & præterea in expensas condemnantur. *Gail. d. cap. 17. n. 24.* Intelligendum tamen hoc si in præfixo termino impendimenti causas non allegaverint *d. tit. 48. §.* Und mag als dann. Quod si enim executio 1. Contra insignem & potentem aliquam Rempublicam Imperio immediatè vel mediate subiectam. 2. Contra bannitum castrum

H

muntis



munitissimum possidentem. 3. Contra Electorem aut alium Principem, sive sit status Imperii Ecelesiasticus sive secularis, 4. Denique contra bannitum Imperio quidem subiectum, sed extra illud domicilium habentem demanda sit, poterunt sese ab executionis onere liberare. *O. C. de p. 3. tit. 49. §. Ferner wie wohl & seq. Author. prejud. Camer. ap. Gylmann. tom. 3. Rubric. Executio. vers. Constat.*

## T H E S. LII.

Hoc verò casu circuli, in quo bona banniti sita, Dux ejusque adjuncti implorari poterunt à victrice parte pro executione, quam & facere tenentur manu militari *d. tit. 48. §. und mag als dan der gewinnende. Denais in jur. Cam. c. 50. §. 7.* Quod si vel ipse Dux vel etiam duorum proximè adjacentium circulorum Duces sese huic oneri impares existimaverint, alios convocare poterunt *O. C. p. 3. tit. 49. §. Nemlich in diesen.* Quod si nec quinque circulorum vires suffecerint, tum verò res per actorem vel Cameram ad Electorem Moguntinum deferri debet, quo facto is ordines deputatos ad Francofurtum convocet, ut de executione peragenda statuatur. Quod si & deputatis res gravior visa, quam ut de ea quicquam certi statuatur, vel etiam omnes circuli executionem detrectent, ad Cæsarem recurritur, qui providebit. *O. C. d. tit. 49. §. Und wo sich zutrüge. Denais. d. cap. 50. §. 20. Ostermann. ad ordinat. Camer. disp. 9. th. 54.*

## T H E S. LIII.

Plane eo casu, quo victus seu bannitus bona non habet in Imperio saltem ad executionem faciendam sufficientia, aliud medium non superest, quàm quod ex jure communi in superioribus induximus, nempe ut Imperator vel Cammera Dominum ejus provincie, sub quo



sub quo talia bona sita sunt, requirunt, quo sententiam executioni mandet. *Gail. d. cap. 17. num. 31.* Si hic detreter citra iustam causam repressaliis locus erit. *vid. Myl-ler. de Statib. Imper. c. 56.*

**T H E S. LIV.**

Executio verò, de qua haftenus, non partis victri-  
cis, sed Executorum sumptibus expedienda est. *O. C. d. tit. 49. §. Und so die Execution geschehen &c.* Quan-  
quam ne Executoribus quoq; officium sibi sit damnosum,  
bona banniti, quæ supersunt, tam diu retinere possunt,  
donec à banno soluto sumptus restituti fuerint. Quod  
si nihil præter ea, quæ victrici parti cesseré, residuum,  
reliqui circuli in oneris partem vocantur. *O. C. alleg. tit. 49. §. Im fall aber.*

**T H E S. LV.**

Liberum præterea & in arbitrio partis victricis est  
petere excommunicationem seu sacri interdictionem.  
*O. C. p. 3. tit. 48. §. Und ob die Obersten.* Quæ tamen  
locum non invenit, nisi parte petente, & quatenus cir-  
culo uni pluribusve, aut deputatorum conventui Cæsa-  
rive consultum videbitur. Et ut hoc per judicem & Asses-  
sores Ecclesiasticos fiat Imperator à Papa se obtinere  
velle promisit, idque juxta *Bullam Raymundi d. §. Und ob  
die Oberste.* Quæ autem illa Bulla Raymundi. De ea  
apud Commentatores, quos mihi inspiciendi facultas  
fuit, præter nomen Raymundi tanquam Authoris Bul-  
læ nihil invenire potui. (Qui, uti refert *Klock. de Contribu-  
t. cap. 19. num. 15.* Cardinalis ac Legatus Pontificis in  
Germania tempore Friderici III. fuit, & Majores in-  
dulgentias dedit, indeque multum pecuniæ corrasit.  
Citans Cranzium, lib. 12. Metropol. c. 12. (citare voluit



cap. 30.) & lib. 14. Vandal. cap. 30. & 31. Sed Cranzius utro-  
 bique Annum. 1503. designat; in quem etiam Bezovius.  
 cap. 12. hanc Raymundi Legationem rejicit. Mortuus est  
 autem Fridericus 19. Augusti An. 1493. Itaque bullar. sub  
 Ann. 1503. de banno Ecclesiastico agent. requirenda sunt.  
*v. Simon Günther. thesaur. Practic. p. 373. Dn. Reinking. lib. 3.  
 de regimin. cl. 2. cap. 2. num. 23. Hosiand. centur. 16. Epitom. His-  
 stor. Eccles. c. 5. & 7.*

T H E S. LVI.

Recessu novissimo de Anno 1654. haecenus à prio-  
 ribus recessum, ut statim in sententia definitiva præfiga-  
 tur terminus ad docendum congruus de partitione sub  
 pœna executorialibus inseri solita aut arbitraria & com-  
 minatione realis executionis §. darmit auch. Si victus in-  
 tra terminum de partitione non docet, in poenam declara-  
 ri deber, atque contra eum executio committi, si victus  
 mediatus, ejus Magistratui; Si immediatus, Principibus  
 directoribus circuli in quo bona ejus sita, aut verò si causa  
 sit, ob quam hisce demandari non possit, circulatorum vi-  
 cinorum Directoribus, id per mandata executorialia. *Vid.  
 d. Recess. noviss. §. In welchem termin der Condemnatus.*  
 Quod si non nemo via facti executioni se opposuerit, in  
 banni pœnam incidit §. ob sich auch aber ein oder ander. Ubi  
 verò sententia ad omittendum concepta est, ei certa pœ-  
 na in casum contraventionis inseri & sicubi contraven-  
 tum, in illam non saltem declarari, sed simul terminus  
 præstandæ cautionis de non amplius turbando, attentan-  
 do, &c. præfigi debet. *d. R. §. In Fällen.*

T H E S. LVII.

Redimus ad jus commune, & quidem ad effectum.

*Execus*



*Executionis.* Hic autem respicit vel Executores vel partem victricem. Executores qui respicit, consistit in eo præcipuè, quod illis sportulæ solvendæ sint vulgò *Hülff. Gelt.* Quarum quantitas pro diversitate locorum variat. *Vid. Wehner. in Observ. pr. voc. Hülff. Gelt.* Hincque regula una definiri nequit. *Perez. ad Tit. C. de sport. in fin. Grænweg. in Tract. de LL. Abrog.* ad hunc titulum in genere pronunciat, sportulas non pro causæ quantitate, sed pro ratione laboris atque itineris deberi. Quod enuntiatum an rectè ab advocatis ad Executores transferatur, aliis dijudicandum relinquimus. Hi sanè in munere quod sustinent, non rarò vitæ ac bonorum discrimen subeunt & incurrunt. *Vid. apud Meteran. Histor. lib. 36.* horrendum ejus rei exemplum. Quanquam alias juris expediti sit resistantem officiali exequenti rite sententiam pro qualitate admissi etiam sanguinis pœnâ quandoque plecti posse latè *Christin. vol. 1. Decis. 100.* Qui partem victricem respicit, variat, prout ipse modus exequendi variat. *Vid. Vmm. d. disput. ult. th. 7. num. 29.*

T H E S. LVIII.

Executionem excludunt seu impediunt. i. Appellatio. Hac enim pendente nihil innovandum *tot. tit. ut pend. appellat. nih. innov.* Intellige si causa sit appellabilis. Quod si enim V. C. ab Executione ipsa quis appellet, neutiquam audietur *l. ab executione C. quor. appellat. non recip.* latissime *me Ruginel. in tr. de Appellat. §. 2. cap. 3. num. 342.* Ubi variis modis id limitat. aut verò appellatio locum quidem invenit, quoad effectum devolutivum non verò suspensivum, quod de salariis Clericorum indistinctè affirmat *Stypman. de salar. Cleric. c. ult. num. 224.* Utut verò de salario non Cleri-



Clericorum tantum, sed aliorum quoque id rectè affirmari  
 ri puto, attamen probè singulæ circumstantiæ attendendæ  
 erunt, illæ ipsæ nempe, quæ in causis alimentorum attē-  
 duntur, quibus salarium æquiparatur. *Vid. Ruginell. cit.*  
*Tr. §. 2. cap. 3. num. 270. & 868.* Vel denique sententia sit  
 ab eo lata, qui vel plane superiorem non habet, aut id su-  
 perioris beneficio, ut ab eo appellari non possit. Illius exē-  
 plum in Imperatore Romano; Hujus in Electoribus ex  
 Aurea Bulla. *Vid. Colleg. Publ. d. Stat. R. Rom. vol. 1. disp. 7.*  
 Illud admonere etsi stultum esse ratus olim J Crus in l. 1. §.  
 2. à quibus appell. non lic. Tamen tantæ fatuitatis omnibus  
 non visum, quin vel ad alios appellandi licentiam sibi su-  
 peresse aliis persuadere aut saltem variè cavillari maluc-  
 rint. *Conf. Zinzerling. de Appellat. Concl. 57. & seqq.*

T H E S. LIX.

Quæritur an Executio sententiæ definitivæ intra decē-  
 cennium prosequendæ appellationis facta, ipso jure nul-  
 la sit? Quod affirmo. Est enim hoc decennium beneficii  
 juris l. 1. de Appellat. quod alicui sine causa non est auferen-  
 dum. *C. indultum de Regul. jur. in 6to.* Et operatur illud  
 tempus ad appellandum à jure constitutum idem, quod  
 ipsa appellatio. Sane itaque non solum ea attentata revo-  
 canda veniunt, quæ interposita appellatione facta, verum  
 etiam quæ in præjudicium appellationis intra decennium  
 commissa sunt, uti est *textus express. in C. Non solum de Ap-  
 pellant. in 6to. Conf. Lancellot. de Attent. c. 11. num. 19. & c. 14  
 num. 22. Hiltrop. p. 4. Process. judic. tit. 9. num. 11. Zoef. in  
 comment. ad Pand. lib. 49. tit. 7. num. 8.* Hinc quoque Ci-  
 vitas Hamburg. in deductione contra Duc. Brunsvic. in  
 causa navigationis jurisque stapulæ in Albi pag. 18. respon-  
 dit:



die : Und weil dann E. Fürstl. Gnaden sich darneben auß  
angeregten Rechten und Reichsabscheiden gnädig zuerinnern  
haben / daß so lang die zu solchen remediis juris angefeste  
Zeit wehret / und dem beschwerten Theil sich solcher zuges  
brauchen noch bevorstehet / die Sach nicht für erlediget oder  
pro judicato / vielweniger zur execution gezogen werden.

T H E S . L X .

II. Restitutio in integrum l. 32. C. de transact. l. unic.  
C. In Integrum Restit. postul. ne quid nov. fiat. Neque enim il-  
lis assurgimus, qui aliud de jure Canonico receptum sta-  
tuunt, idque usu invaluisse tradunt, ut nempe postulatâ  
in integrum restitutione ejusque causâ pendente senten-  
tia adversus quam *restitutio* petitur executioni nō mande-  
tur nisi præstitâ cautione de restituendo per c. 6. x de in in-  
tegr. restitut. Groenweg. cit. tr. ad d. tit. C. in Integr. restit pos-  
tul. Neq; enim hic diversū quid à jure Justiniano sancitū;  
uti intuenti rectè cit. cap. 6. liquet. De certo quippe casu  
loquitur, ubi nempe per excogitatam malitiam, ut verba  
habent, retardatio effectus sententiæ quærebatur. De  
quo si non constat, rectius utique huic beneficio sua vir-  
tus relinquatur. Sfort. Odd. de Restit. in integr. p. 1. quest. 43.  
art. 1. num. 3. Id quod in ordin Cam. p. 3. tit. 52. Speciatim  
quoque cautum. add. Mynsinger. 1. Observat. 48 Klock. tom.  
2. Consil. 82. Resolut. quest. 4. Hincque longè rectius Fin-  
ckeltaus in Obs. 106. rem expedit, statuendo, regulam ex  
jure civili statuendam, limitationem ex jure Canonico  
admittendam, & decisionem arbitrio Judicis quandoq;  
committendam. An verò id quoque eo casu statuendum  
ubi tres conformes sententiæ adsunt, frequenter discepta-  
ri solet. *Cameram Imperialem pro ratione circumstan-*  
*tiarum*



riarum diversimodè in hac re judicasse refert idem *Mynsinger. 3. Obs. 84.* nunc restitutionem admittendo nunc rejiciendo. Et verò nec lex nec ratio occurrit, cur numerus sententiarum hoc summum æquitatis remedium excludere debeat. Pone enim judicis religione circumventa sententiam primam impetratam, iisdem artibus confirmatoriam secundam, tertiamve obtentas, vel de alia læsione satis constare. An justitiæ, an æquitati amplius locus non erit? Ut tandem litium finis sit, inquires, operanda? At non minus legibus abominabilis & exosa res est circumventio alterius vel dolus. Expediit ut lites finiantur, sed expediit magis, ut nemo inique lædatur, nec inde injuriarum occasio sit, unde jura proficisci debent: *Vid. Menoch. de Arbitr. judic. quest. lib. 2. Cent. 1. cas. 9. num. 3. Lancelot. de Attemptat. cap. 18. num. 98. Mascard. de Prob. conclus. 1281. num. 16. & seq. Trentacinq. lib. 2. Resolut. 2. de Restit. in integr. num. 16.*

## T H E S. LXI.

III. Quærela nullitatis *Mynsinger. 4. obs. 64.* ubi tamen distinguit an notoriè constet de nullitate, E. G. de incompetencia judicis, quâ nulla major esse potest, & tum executionem inhiberi posse, secus si altiorem indaginem requirat *Anton. Matthai in tr. de judic. disp. 12. th. 2. & seqq.* querelam hanc commentum Doctorum esse pronunciat, & ita, si leges adspiciamus rem se habere: Ut si adversus actorem lata sit sententia nullius momenti, is perseveret experiri veteri actione, cui si opponatur exceptio rei judicatae, replicandum de dolo: Sin adversus Reum, actionem elidat opposita mali doli exceptione. Pergit hinc quæstionem, quis Judex competens sit querelæ nullitatis,  
ut su-



ut supervacaneam damnare, ut & responsionem, quod in  
 gravati arbitrio sit, num apud judicem gravantem, aut ju-  
 dicem appellationis experiri velit. Errasse præterea eos,  
 qui vel scripserint sententiam nihilominus posse mandari  
 executioni, vel distinxerint, utrum de nullitate agatur per  
 modum querelæ an exceptionis modo. Exceptio utrum  
 altiorem indaginem requirat, an probari possit intra bre-  
 ve tempus. Nec rectè assignari tempus quo duret, spatium  
 nempe 30. annorum. Ut ut verò ipsum nomen querelæ  
 nullitatis in legibus expressum non reperiretur, attamen  
 cum vel ipsi textus, quos pro se adducit junctis *l. 1. C. de sen-  
 tent. Experic. recit. l. 2. C. Si ex fals. instrum.* velint causam de  
 integro agi debere, non verò omnis nullitas ex dolo, sed &  
 errore, ignorantia &c. Et sententia lata pro se præsum-  
 ptionem habeat, adeoque si veteri actione experiri porro  
 velit actor, docenda primò nullitas, id quomodo fieri  
 possit æquè commodè ac per viam querelæ nullitatis non  
 occurrit. Pone deinde ex malitia & turpitudine judicis  
 sententiam profectam, appellationis verò fatale elapsum,  
 & cum nemo coram eo litigare velit à quo ita gravatus,  
 quod non sit verisimile declaraturum id, in quo versetur  
 ejus turpitudò. *Vid. l. 6. C. de Accusat.* An illà viâ, quam ipse  
 proponit, actori satis consultum erit? Et fere ubique usu  
 fori nunc obtinuit, ut Judex superior pro nullitate cogno-  
 scenda adeatur. *Vid. Gail. 1. obs. 127.* ubi de cætero *num. 6.* res-  
 tissimè statuit in arbitrio & electione querelantis posi-  
 tum esse, num coram eodem judice, si modo competens  
 fuit, an coram superiore querelam introducere velit. *Vid.  
 l. 4. l. 6. C. de Accusat. l. 6. C. Quand. provoc. necess. non est.* Ex  
 quibus simul patescit judicem non tantùm super nullitate  
 I sed et.



sed etiam principali negotio cognoscere & sententiam nunc confirmare nunc reformare posse. Quod exempli causa dictum volo. Sunt enim casus, in quibus tantum super nullitate pronunciare poterit. V.C. ubi nullitas sententiæ provenit ex inepta quadam agendi causa *cap. 15. X. de judic.* Sive autem nullitas proponatur per modum actionis sive exceptionis & notoria sit vel probari possit in continenti intra terminum scil. quo solet examinari executio, & sententiæ executioni demandari, executionem impedire, communiter Dd. conveniunt teste *Mynsing. cit. loc.* ut & in tempore hujus querelæ definiendo nempe 30 annorum. *Gail. d. obs. 127. num. 8.* in his nempe causis quæ eodem spatio præscribuntur. Quod si enim actio principalis breviori tempore expiret, nullitatis quoque querelam post id instituisse frustra erit. Cum enim nullus sit prioris iudicii processus, nulla sententia neque actio mutetur, & querelæ hujus alius finis non sit, quàm ut remoto gravamine per sententiam nullam illato, veteri actione ipsi experiri liberum sit, quandoque illa jam expiraverit, fieri non poterit, ut non se inanibus sumptibus vexet. *Confer. M. Berlich. p. 1. concl. pr. 61. num. 5. Bachov. ad Tr. vol. 2. disp. 33. th. 5. lit. C. & D.* Quid autem hic de jure novissimo obtineat *Vid. Recess. Imper. de Anno 1654. §.* In dem auch nunmehr zum gehenden.

T H E S. LXII.

IV. Revisio in causis scil. religionis seu Ecclesiasticis, donec aliter conventum fuerit, nam quoad civiles in posterum effectu suspensivo carere debet, præstitâ modo cautione à parte victricæ de restituendo in casum succumbentiæ in Revisorio. *R. I. de Anno 1654. §. nach Besrath*



*Rathschlagung des puncti Appellationis.* Et sane quicquid circa hanc dici poterit, id omne ex legibus cujusque provinciae desumi debet. Jurisprudencia quippe veterum illam ignorat, ceu & ipsum vocabulum revisionis innuit, quod latinitati minus conveniens genuinae. *Vid. Voss. de vit. lat. Sermon. voce Revisio.* Nec quae praeterea à Justiniano sancita, quicquam de ea statuunt. Nec argumentum, quod olim pro effectus suspensivi exclusione à supplicatione, ut se habet de jure Justiniano, mutuati Doctores, satis stringens videtur. *Confer. P. Frider. lib. 2. Process. c. 28.*

T H E S. LXIII.

V. Supplicatio in judicio Imperiali Aulico vigore *Instrumenti Pacis Casareo Suecici artic. 5. §. 20. vers. Quoad processum.* Nam de jure communi supplicationem effectus suspensivo destitui constat *Nov. 119. cap. 5. Vmm. dict. disput. ult. th. ult. num. 37. Klock. tom. 2. Consil. 82. quest. 4.* An verò nunc idem asserendum postquam revisio in Camera executionem non moratur? Affirmat intrepidè *Christoph. Frider. in suo Tract. de Proc. judic. in addit. ulter. in fin.* Cujus sententia confirmata videtur per *articul. 42. Capitulat. In victiss. ac Potentiss. Imperatoris Dn. Dn. Leopoldi I. Sceptra Imperii jam tenentis, quo cautum, ut sententiarum executio in judicio Imperiali aulico latorum nullo alio remedio quam revisione recepta id est supplicatione (cum hæc in judicio aulico locum tantum habeat per jam alleg. artic. 5. §. 20. Instrument. Pacis Casareo Suecici, ad quod instrumentum hic titulus 42. Capitul. sese refert. cui jungi potest Tit. 5. Ordin. Jud. Aulic. D. Ferdinandi III. §. Da fern sich nun ein oder ander theil ibi. Damit den Kayserlichen Partheyen am Kayserlichen Hoff-Gerichte das remedium*



suspensivum nicht benommen werden / so soll an statt der bey der Cammer ublichen revision dem gravirten theil erlaube sein / von dem im Hoff. Gericht gefälten Urtheil / an uns zu suppliciren / 2c. ) remorari aut impediri debeat. Sed hæc aliorum definitioni relinquamus.

T H E S. LXIV.

VI. Syndicatus : Si firmo stant talo, quæ disputat *Benderus de Revis. concl. 20. num. 40. & seq.* Et utique absurdum videtur, revisionem executionem suspendere, Syndicatum verò eandem non impedire. Cum per illam imperitia solum seu negligentia, per hanc verò dolus arguatur. Attamen accuratiùs utriusque naturam examinianti Syndicatus non tam rescindendarum sententiarum ergo, quin potiùs ad libidinem & avaritiam judicum coërcendam inductus videtur, ut passim norant *Dd. ad tit. C. ut omnes jud. tam Civiles quam militares, add. Grav. ad Gail. lib. 1. concl. 153.* Neque alia ejus ratio videtur de jure Camerali *Vid. d. O. p. 3. tit. 53. §. ult.* Atque gravato nullitatis remedio sive opponatur per modum actionis sive exceptionis satis consultum videtur. Nam & sententia, quæ fuit lata à judice pecunia vel ambitione correpto, non minus nulla est *l. 31. in fine ff. de Recept. qui arbitr. recep. ut sent. dic. l. 7. C. quand. prov. non est nec. cap. 41. c. 2. quest. 6.* Quicquid tamen sit res per *artic. 42. capitul.* in proximè præced. thesi allegatum quoad judicium Aulicum decisa videtur.

T H E S. LXV.

Quod verò ex præcedentibus remediis suspensivis instituere utilius ex circumstantiis facti desumi debet. Regula definirinequit. Si cætera quadrant, pro restitutione



ratione in integrum concluderem, uti respondit consultus *Merckelbach ap. Klock. tom. 2. consil. 82. quest. 3.* Eo quod restitutio minus offendat iudicem, cuius nec iniquitatem nec imperitiam arguit, sed potius proprii erroris veniam & adversarii circumventionem.

T H E S. LXVI.

Sunt deniq; præterea variæ exceptiones quæ executionē impediunt; uti exceptio præscriptionis. Intra spatiū quippe 30. annorum executioni rei iudicatæ præscribi, firmannt *Mynsing 3. obs. 28 Steph. Gratian tom. 3. discept. forens. 403 num 92. Umm: sapius cit. disp. ult. num. 30.* Et quæ sunt aliæ, de quibus integrum tractatum adornavit *Carocius*. Nec nostri instituti ratio patitur, ut eas hic excutiamus. Quæcunque autem sint, tales esse oportet, ut vel notoriæ vel in continenti liquidari possint *per leg. 3. §. ibidem ff. ad Exhib. leg. 13. §. 2. ff. ad Sc. Trebell. l. 2. C. ad L. Cornel. de fals. auth. Supplicatio. C. de prec. Imper. offer.* Secus reconvensionem reservantur *Mynsinger 3. Obser. 64. Gail. 1. Obs. 113. Berlich. p. 1. Concl. pr. 84. num. 86. & seq. Carpzov. lib. 2. Resp. Elector. tit. 1. resp. 3. num. 25.* Quis autem de earum meritis, num admittibiles vel non, iudicare valeat, dubitatur? Dd. distinguunt inter executores meros & mixtos. Illos vocant quibus purum factum ac nudum ministerium commissum est, nec ullam causæ cognitionem habent. Hos dicunt, quibus executio rei iudicatæ; una cum iis, quæ ab ea dependent, cōmittitur. Illos de exceptionibus, num revelantes sint vel non, cognoscere non posse statuunt. Secus quoad hos: Possent enim cognoscere de exceptionibus, quæ executioni sententiæ objici poterunt, nō tamē



quæ merita causæ respiciunt *vid. Salgad. de Protect. Reg. p. 4. c. 3. num 6. & seq.* Verum quemadmodum in superioribus notavimus, tutius semper erit, attendere formulam commissionis. De cætero, si executorem consideramus, prout describitur *in l. 8. C. de Execut. Rei judic.* Si quidem exceptiones, quæ sententiæ opponi possunt, notorias deprehendit, non quidem de illis cognoscere, attamen ad judicem seu Committentem prius deferre debere probabilius videtur per ea quæ tradit *Perez. in Cod. ad Tit. de Execut.*

T H E S. LXVII.

Quid autem si iudex executionem alii mandans, priusquam illa in effectum deduceretur, è vivis discessisset, an illa adhuc ritè fiat? Prima fronte videtur quod non. Quia mandatum morte mandatoris solvitur *l. inter causas in pr. ff. mandat. l. ult. ff. de solut. & §. rectè instit. de mandat. 2.* Quod aliàs Reus facilè lædi possit, quod iudicem, coram quo exceptiones paratam executionem impediens opponere possit, non habeat: Cum tamen nemo citra factum suum suo jure privandus. *3. per l. mandatum C. mandat:* Ibi mandatum reintegra Domini morte finitur. At verior affirmativa. *1. Per text. express. in C. Super gratia de offic. deleg. in 6. tol. fundi venditor. §. 1 ff. de Acquir. poss. Nov. 134 c. 6. in fin. 2. Quod Reipublicæ interlit, ut quamprimum lites dirimantur & suum cuique tribuatur l. 13. C. de judic. l. fin. ff. pro suo l. 2. C. de re judic.* Præterea *3. quod accessorium semper sequatur naturam sui principalis: Ideoque sicuti morte iudicis sententia non extinguatur, Cuius respectu executoriales emittuntur, ita nec eæ extinguantur.*



vantur. 4. Quod iudex, qui tulit, sententiam ex debito & necessitate officii teneatur illam exequi. Quoties verò mandatum ex causa necessaria descendit, toties morte mandantis non expiret per *d. l. fundi venditor. S. si amicus.* 5. Denique suffragantur huic sententiæ *Mantic. de Tacit. & ambig. convent. lib. VII. tit. 23. num. 49. Gratian. in discept. for. Tom. 4. cap. 783. num. 19. Francisc. Salgad. in d. Tr. de Protect. p. 4. cap. 6. num. 66. & seq.* Ubi hanc sententiam communem pronunciant, cum qua transimus.

T H E S. LXVIII.

Præter rem judicatam verò paratam merentur executionem affiniumque quadantenus locum occupant.

I. Debitum certum, liquidum, expeditum, definitum per text. in *l. ult. C. de Compensat. l. 9. & auth. Et qui jurat C. de bon. author. judic. possid. Confer. Frider. Mindan. lib. 2. de Proc. mandat. c. 59. Coler. de Process. Execut. p. 3. cap. 1. num. 2. & seq. Carpz. lib. 2. Respons. Elector. Respons. Elector. 109. num. 23. 2. Juramentum litis decisorium in iudicio præstitum *l. 2. ff. de jurejur. l. 56. ff. de Re judic. add. Berlich. p. 1. Concl. pr. 80. num. 68. Heig. p. 2. quest. 7. num. 38. Umm. d. disput. ult. num. 12. 3. Confessiones iudicales apud acta factæ C. Cum olim X. de verbor. signif. c. ult. X. de cohabit. Cleric. Frider. Mindan. d. lib. 2. c. 66. n. 6. & seq. Berlich. cit. loc. 4. Acta publica arg. text. in cap. 24. X. de V. S. c. ult. X. de cohabit. Cleric. l. ult. C. de Rejudic. add. Gail. 1. Observ. 134. n. 13. & 16. Coler. d. p. 3. c. 2. num. 23. Frider. Mindan. d. c. 66. num. 2. 5. Matricula & regesta Imperii, Regni, Reipublicæ vel Ecclesiæ si modo communi consensu Regni, Reipublicæ, Ecclesiæ & publica & solenni fide autoritateque sint munita & comprobata *l. fin. C. de conven. Fisc. debit. vid. Frid. Mindan. d. lib.***



d. lib. 2. c. 67. num. 2. & 20: Umm. d. disput. ult. num. 12. Coler. cit. c. 6. num 37. 6. Instrumenta publica. arg. text. c. 2. X. de fid. Instrum. l. Fin. §. Sin autem C. de arbitr. tut. Nov. 44. Confer. Frid. Mind. d. lib. 2 c. 69. n. 3. & 4. Coler. d p. 3. c. 1. num 19. 7. Instrumenta guarentigiata. Vid. wesenb. in π. ad tit. de fid. instrum. num. 8. Heig. p. 2. quest. 7. Berlich. p. 1. concl. 80. num. 65. Coler. p. 3. c. 2. num. 16. 8. Testamentum visibile aut substantiale puta rationis, cancellationis abolitionis, defectus testium aut simile aliud quid non habens, per tot. tit. C. de Edict. D. Hadr. toll. Confer. Wesenbec. in C. ad tit. de testam. n. 12. Klock. tom. 3. consil. 7. num. 51. & seq & consil. 123. num. 33. Carpz. lib. Respons. Elector. tit. 2. Resp. 20. Berlich. p. 1. concl. 80. num 9. & 86. Mindan. d. lib. 2 c. 68. num. 1. & 2. Heig. p. 2. quest. 7. num 39. Et quæ sunt similia, de quibus præ aliis consuli possunt laudati Frid. Mindan. & Berlich. citatis locis. Et hæc de Executione Rei iudicata seu sententia, non quidem pro materiæ gravitate ac dignitate, sed ingenii nostri tenuitate sufficiant.

SOLI DEO GLORIA.













ULB Halle

3

006 244 211



56


W 17











B.I.G.

Black, 3/Color, White, Magenta, Red, Yellow, Green, Cyan, Blue

Farbkarte #13

*Pa. 19. num. 1.*

O JURIDICA,  
E  
IONE REI  
ATÆ.

1661, 3

10

A M  
DIRIGENTE,  
ÆSIDIO

*, Amplissimi, ac Consultissimi,*

. OTTONIS  
IS, JCTI

ENISSIMI PRINCI-  
EORGII HASSIÆ LAND-  
Academiæ Giessensis Cancellarii  
oris ejusdem Primarii, DN.  
is omni venerationis  
randissimi.

*Examini submittit*  
April.

INOLT Cognomento Schütz/  
. H A S S U S.

*& Resp.*



ISSORVM,  
ERICI HAMPPLII,  
Ordinarii, 1661.

